



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Liber Tertius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

D E
O R A T I O N E
D I V I N A
S I V E
A D E O I N F U S A
L I B E R T E R T I U S :

De Via illuminativa supernaturali.

P R O L O G U S .



POST laborum certamina, post tentationum fluctus, ac demum post tenebrosam illam & obscuram noctem, quam anima in via Purgativa experta est, meritò à divino sponso ad altiorem lucis & jucunditatis gradum his verbis *Cant. 4.* invitatur: *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis de capite Amanae, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Sponsa in primis apertè significans per cubilia leonum & pardorum montes, ingentia pericula in quibus ipsa in durissima illa purgatione commorabatur, exponensque ei prædictis similitudinibus eorundem locorum, in quibus antea detinebatur, asperitatem & difficultatem, utpote quæ similia essent speluncis, in quibus leones & aliarum ferarum copia habitaret; suadens demum ei ac invitans, ut ad altissimos contemplationis montes celeri volatu conscendat: pollicetur enim se eam in illos ducturum, qui omnium qui in Judæa erant amantissimi & cognitu dignissimi habebantur; quasi apertius dicat: *Veni mecum, sponsa, à locis hisce periculosissimis, ac horum montium altitudinem conscende, ibique eorum amantitate & pulchritudine mirum in modum perfrue.*

Ascende inquam mecum, & è verticibus illorum non solum sublimiora loca contemplare, sed & subiecta perspicere, pulcherrimis arboribus, pratis, herbis, floribus, urbibus, rebusve aliis decora. Hæc sunt montium cacumina sive altitudines, per Isaiam Prophetam purgatis ac defæcatis mentibus *cap. 58.* promissæ. *Sustollam te, inquit, super altitudines terræ. Quæ sunt istæ terræ altitudines, nisi celestium ac divinorum sacramentorum contemplatio? quantum enim à terrenis affectibus justorum mentes perfectius purgantur, tanto ad divina arcana intuenta, ac DEI faciem contemplandam aptiores fiunt.* Præclare enim d. Gregor. lib. 24. Moral. in illa verba *Job 33* *Videbit faciem ejus in jubilo,* scripsit, dicens: *Menti enim nostra de considerationis acitate sua prius ignis tribulationis immititur, ut omnis vitiorum arugo concremetur, & tunc mundatus oculus cordis, illa lætitia patriæ celestis aperitur, ut prius purgemus lugendo quod fecimus, & postmodum manifestius contemplemur per gaudium quod quaeramus: prius à mentis acie exurente tristitia interposita malorum caligo detergitur, & tunc resplendente raptim coruscatione incircumscripti luminis illustratur.* Et paulò infra: *Quia enim per faciem quemlibet agnoscimus, non immeritò cognitionem DEI faciem ejus vocamus: rectè ergo post tot labores de hoc tentato homine dicitur: Videbit faciem ejus in jubilo.*

Divi-

Divinitus igitur purgata mente, ac privato amore eradicatedo, statim anima capaxior redditur majoris illustrationis & amoris divini. Quam quidem majorem illustrationem (quæ uberius in hoc gradu post mirabilem illam purgationem, de qua superius diximus, contigit) merito viam illuminativam Mystici nunc parunt; lucet enim in ea supernaturale quoddam lumen, intellectum nostrum in illius fastigio seu sublimitate irradians, quod quidem ad Intellectus doni secundum gradum, quo sensibiles formas ac imagines excedere edocemur, spectat. Hoc autem Donum apte Solis radiis simile dici potest; ut enim Sol splendore suo aerem perfundit ac complet claritudine, rerumque species declarat, & colorum discrimina sub oculos ponit, vim suam hoc ipso reddens omnibus manifestam; utque calor illius toti ubique terrarum orbi, quantum ad utilitatem & fecunditatem attingit, communis est; ita nimirum hujus Doni fulgor ad illuminativam viam spectans, spiritui nostro mirabilem præstat claritatem, perinde ac aer radiis splendentis Solis, qui mirum in modum acuitur ac illustratur ad divinorum secretorum arcana capeffenda. Etenim Donum hoc dilucidè ac citra laborem divitias DEI contemplari nos docet: & quemadmodum Solis radiis terra non solum illustratur, sed etiam eius calore non parum æstuat; ita hujus Doni splendore non tantum intellectus divino lumine perlustratur ac perfunditur, sed & voluntas ardentissimo charitatis igne incalciscit, gratia donisque DEI completur, & per divinum amorem quamdam DEI incipit habere similitudinem.

Hujus viæ illuminativæ, quæ omnino à DEO infunditur, studium & exercitia præclare docuit Carthusianus de *Fonte lucis*, cap. 8, his verbis: *Porro via illuminativa est studium seu occupatio mentis circa contemplanda sublimia DEI, præsertim in contemplatione superbeatissima Trinitatis, ac simplicissima & superpulcherrima Deitatis. Deinde in speculatione bonorum celestium & supernaturalium veritatis fidei Christianæ ac spiritualium rerum. Cùm etenim in clara & immediata per speciem horum contemplatione tota consistat nostra felicitas: profectus noster hic est, ut contemplationi illi tam beatificæ ac perfectæ nunc quotidie propinquemus proficiendo in fidei illustratione, in bonæ sapientiæ, in summa & increata veritatis, ac divinorum cognitione. Denique Ioannis 8. cùm DEVS (cuius opulentiæ ac munificentia nullus est finis) sit essentialiter sapientiæ infinita, & lux splendidissima prorsus incircumscripta, cùm videt animam modo præacto purgatam humilitate, patientia, mansuetudine, castitate, iustitia, &c. ceteris quoque virtutibus moralibus informatam, veritatis quoque avidam, & sancti sapientiæ inhiantem, ac de se per illustrari affectu antem: mox vultum suum super eam illuminat sapientiæ radio, eam clarificat, se ipsum ei præ solito claritius gratiosiusque ostendens, atque incerta & occulta sapientiæ sua propalans, ita ut ea qua fides sunt, rationesque credendorum, & nexum ac ordinem credibilium subtiliter speculetur, ita ut lætæ abundantia ac gratia mente decantet Psal. 15. Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum. Quod quàm desiderabile sit ac præclarum fatetur Prophetæ dicens Psal. 93. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Unde & S. Ioannes Apostolus, in prima sua Epistola (1. Joannis 2.) scribit purgatis huiusmodi fidelibus: *Vnctio eius docet vos de omnibus.**

Hanc igitur viæ illuminativæ supernaturalis tractationem breviter quatuor partibus comprehendemus. In prima, De luce sive contemplatione, quæ ingredientibus & proficientibus hanc viam contingere solet; in secunda, De amore; in tertia, De spiritali huius viæ purgatione; ac demum in quarta, De quibusdam ad eam spectantibus documentis, favente DEO, disseremus. In priori, Spiritus sanctus divinis splendoribus intellectum illustrat. In secunda, voluntatem ardentissimo charitatis igne succendit. In tertia, purgatione mirabili utramque perficit potentiam. In quarta denique, qualiter huius viæ athletæ per eam sine offensione currere debeant, edocentur.

In quatuor vultu Trinitatis hic libet dividitur & quid in singulis continetur

CAPVT I.

Primus gradus contemplationis via
Illuminativa.

§. 1.

Lux, siue supernaturalis contemplatio via
Illuminativa congruens.

UT Lectori facilius ad hoc contemplationis genus pateat ingressus, ex his quæ lib. 4. de Contemplatione divina, & superius in Tractatu de via Purgativa cap. 9. fusiùs disserimus, breuiter hic aliqua præmittemus, quibus veluti in parua imagine amplam illius Libri 4. materiam adumbrauerimus. Quod ut plenius intelligi possit, supponendum est, in Donis Spiritus sancti, præcipuè Sapientia & Intellectus, tres inueniri ejusdem sancti Spiritus supernaturalium operationum gradus, ut laius Libro 1. cap. 3. ostendimus. Primus seu infimus est, quando operatio illius Doni principali et media imaginatione contingit, quæ operatio propria est eorum, qui circa viam Purgatiuam supernaturalem versantur, ut prædicto cap. 9. annotauimus. Secundus est perfectior, cum doni Sapientia operatio in intellectu siue ratione recipitur. Tertius & supremus, quando suprema hominis intelligentia siue mentis apex mirè ac ineffabiliter ab eodem Spiritu sancto illustrantur; quæ omnia sequenti exemplo sient clariora. Sicut enim claritas Solis à nobis tribus modis percipitur, uno in objecto materiali opaco, verbi gratia, in pariete vel ligno, quæ est veluti infima solaris luminis participatio; altero, in radiis ipsis per aërem aliunde diaphanum corpus diffusis, qui est quasi gradus medius; tertio, in seipso, hoc est in globo seu rota solari, ubi supremus Solis ipsis fulgor resplendet: sic diuina lucis radii, mediantibus Sapientia & Intellectus donorum habitibus, triplex hac differentia partioribus justorum mentibus manifestantur. In prima etenim, quæ in imaginatione tamquam infimo cælo potissimum reuoluit, relucet primus doni Intellectus radius, quo imaginatio, non tamen sine comite intellectu, illustratur ex corporalibus istis, quæ sensu percipiuntur; nempe ex visibilibus creaturis, ad ea, quæ in DEO sunt inuisibilia intuentia gradum facit, ut plenè lib. 3. de Contemplatione, & breuiter cap. 9. De via Purgativa declarauimus.

In via verò illuminativa, quæ in secundo animæ cælo, nempe in intellectu sedem habet, viri contemplatiui, qui ad hanc usque conscenderunt, doni Intellectus radiis illustrati, DEUM in spiritualibus ac intellectualibus objectis intuentur: sicut enim aere Solis splendore illustrato, totius mundi decor, elegantia & opes conspiciuntur, nostrisque sese passim ingerunt obrutibus, & oculi multiplici colorum hausta varietate, animum exhilarant & oblectant; sic ubi mens nostra doni Intellectus irradiatur lumine, præexcellas DEI perfectiones ac ineffabiles thesauros diuitiarum incipit agnoscere: quas quidem perfectiones mortalium nemo penetrare ac intelligere poterit, nisi hoc sit Dono præditus.

Hæc autem diuina & supernaturalis contemplatio, quæ viæ illuminatiuæ, ut diximus, propria est, triplici perfectionis gradu constat: (nec enim omnes per eam viam incidentes æqualiter à Spiritu sancto, medio Intellectus siue Sapientia dono illustrantur) infimo videlicet, medio, & supremo.

PRIMUS infimusque gradus, speculatione sol, id est, cognitione animæ nostræ, quæ DEI imago censetur, ad ipsius DEI contemplationem mentem celeriter erigit; præcipuum enim & principale speculum ad videndum DEUM, sanè est anima rationalis. Si enim inuisibilia DEI, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, nullibi quàm in ejus imagine diuinæ cognitionis vestigia expressius sculpta reperientur: hominem enim secundum animam ad DEI imaginem factum cerò scimus & credimus; quare ad ejus cognitionem aptius speculum quàm spiritum rationalem non inueniemus. Tergat igitur speculum suum, quisquis cupit videre DEUM suum; extenso autem speculo, ac diligenter inspecto, incipiet ei quædam diuini luminis claritas interlocere, & diuinus quidam Spiritus sancti radii aliud est, quàm donum Intellectus mentibus nostris inspiratum, quod in primis docet nos penetrare yelamina, siue tenebras mentis nostræ, donec ad notitiam propriam deveniamus, & imaginem sanctissimæ Trinitatis nobis concreatam agnoscamus, cum Dominus dicat Lucæ 17. Regnum Dei intra vos est. id est, in imagine sua, ideoque David Psal. 138. aiebat: Mirabilis facta est sententia tua ex me. Unde S. Augustinus maxime in hoc versatus exercitio, lib. 10. Confess. cap. 7. inquit: Quid ergo amo, cum Deum meum amo? Quis est ille super caput anime mee? Per ipsam animam meam ascendam ad illum. Transibo vim meam qua hæreo corpori, & vitaliter compagem ejus repleo. Et infra cap. 27. serò te amari pulchritudo tam antiqua & tam nova, serò te amari. Et ecce intus eras, & ego foris, & ibi te quærebam, & in ista formosa que fecisti, deformis iruebam. Mecum eras, & tecum non eram. Ea me tenebant longe à te, quæ si in te non essent, non essent. Quare animus qui in sui cognitione non est exercitatus, planè ad DEI contemplationem non sustollitur; frustra enim cordis oculum erigit ad videndum DEUM qui non idoneus est ad videndum seipsum.

Præxim verò ex contemplatione animæ nostræ ad DEI cognitionem ascendendi tam ex Hægone Victorino, quàm ex D. Gregorio, quæ etiam ratione pensanda sic animæ nostræ nobilitas, & qualiter DEI imago in animæ nostræ naturalibus potentiis insignitur, imagine referat, eodem Libro 4. capitibus 1. 2. & 3. ex Patrum doctrina uberiori sermone pertractauimus.

Mirabilis quidem est contemplatio DEI, siue sanctissimæ Trinitatis, quæ ex imagine anime nostræ tribus condecoratæ potentiis, intellectu scilicet, voluntate, & memoria assurgit: sed sanè multò mirabilior ac fecundior est ipsius DEI ex hac eadem imagine donis gratiis ac supernaturalibus reformata intuitio. Hoc enim contemplationis genere, præeunte Intellectus doni radio, aspirantis diuinæ gratiæ qualitatem, modos effectusve cum attentione miramur, & cum admiratione ad Creatoris laudem assurgimus: quidquid enim boni in justorum cordibus agitur, septiformis ille Spiritus per inspirantem gratiam operatur.

rit; nam sine cooperante gratia omnino non sufficimus vel ad cognitionem veritatis, vel ad amorem virtutis. Si enim ex naturæ operibus ad divinas perfectiones intuendas quasi per scalam ascendimus, plenus sanè ex effectibus gratiæ & gloriæ, quorum major est nobilitas, divina penetrabimur. Et hoc est DEUM ex supernaturalibus effectibus cognoscere. In hoc igitur gradu contemplamur pariter & admiramur, quomodo hæc divina gratiæ tot animi affectiones quotidie in virtutes redigat, & in bona intentione figat, & quomodo insinuat, ut omnis nostra affectio ab illicitis ad licita transferatur: virtute enim hujus gratiæ agitur ut affectus boni nutriantur, promoveantur, solidentur, ac ut affectus mali cohibeantur & destruantur. Itaque hunc humiliat, & hunc exaltat; suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem. Nonne gratiæ officium est (ut rectè considerat Richardus, quamvis in alio proposito, lib. 3. de Contempl. cap. 23.) totam illam internæ famulæ turbam, tot cogitationum, tot affectionum pro arbitrio disponere, & imperantis motu sub legibus subjugare?

Ad hanc etiam contemplationis speciem reduci possunt tam gratiæ quam gloriæ mirabiles effectus. Qualiter verò per opera gratiæ, quæ sunt effectus in eligibilis DEI, ac per gloriæ celestis felicitatem, ad ipsius DEI munificentiam, bonitatem & sapientiæ contemplationem ascendere debeamus, copiosius lib. 4. de Contemplatione, cap. 4. 5. & 6. discerimus, ubi ex Patribus amplissimam contemplativis materiam subministravimus.

Intra opera autem gratiæ primum sibi vendicat locum Christus Dominus, sive redemptionis nostræ speculatio; quæ, ut rectè Rupertus lib. 1. de Operibus, est celestissimum opus DEI. Quæ deum ratione per Christum Servatorem ac per alia redemptionis nostræ opera debeamus tam ad divina assurgere, quam ad nostri ipsorum vilipensionem descendere, brevi ex expositum Tractatu de via purgativa, cap. 9. circa finem.

Eadem est materia utriusque Viæ, licet modus ipsam Sapientiam incarnatam contemplandi sit diversus, ubi enim sub velamine incarnatæ Veritatis altissimas DEI theorias scrutamur: velamina verò sunt omnes infirmitates & affectus, quos pro nobis DEUS in natura humana assumpsit, ut fauces, sitis, & id genus, quæ passibilitatem doloremque naturæ assumptæ satis ostendant; quæ omnia in sensibilibus formis & imaginibus incipientes & nondum purgati contemplantur, ac mirabili modo ad amorem Christi sensibilem, compassivumque & compunctionis affectus passim excitantur. In via verò illuminativa supernaturali, purgata jam mentis acie, hanc eamdem Christi Domini vitam & passionem altiori modo, nempe in imaginibus intellectualibus contemplando penetrant, ac penetrando degustant: nam præcipuus hujus Viæ finis est, DEI infinitas perfectiones in humanitate repulgentes alta mente conspiceret, ac immensa nobis à DEO per Christum collata beneficia ipsiusque Christi mirabiles virtutes recolere, earumque imitationi totis viribus incumbere.

Secundus gradus, DEI & divinarum perfectionum contemplatio.

§. 2.

SUBLIMIOR est præcedenti hic contemplationis gradus, in quo ipsius DEI esse, ac immensas perfectiones intuemur: in priori enim adhuc per creaturarum scalam ad DEUM ascendimus, hæc verò perfecti non egent, exercitatos namque habent sensus, & ideo minimè indigent ex his, quæ facta sunt, FACTORIS novitiam mendicare: unde nec medium requirunt ad eam contemplationem corporis sensum, sed uno veluti saltu ipsam DEUM attingunt, ex quo hujus gradus dignitatem licet colligere: in aliis enim gradibus DEUM in creaturarum speculo contemplamur, in hoc vero ad intelligentiam superælestium & divinorum immedia è soblevamur.

Ubertima est hujus contemplationis materia; ad eam siquidem omnia spectant quæ de DEO naturali lumine & supernaturali cognosci possunt, ut quòd DEUS sit ens primum, æternum, incausatum, independent, perfectum, infinitum, immateriale, simplicissimum, ac prima omnium & gubernatrix causa. Omnia verò, quæ ad materiam hujus contemplationis reduci possunt, breviter cap. 11. de Fonte lucis annoravit Cathulianus. Quemadmodum, inquit, DEVS sit bonitas pura, veritas sempiterna, unitas simplicissima, purus actus, omnipotens virtus, sanctitas exemplaris, sapientia æternalis, causa & ratio omnium idealis, esse purum in se subsistens ac separatum, universorum principium, prima omnis veritatis, omni que justitiæ, veritatis & virtutis regula & mensura; ens, in quo est omnis nobilitas, omnis pulchritudo, omnis felicitas ac dulcedo, omnis pietas & justitia, summa charitas, plena libertas, omni que perfectio absque mensura ac fine, & prorsus simplicissime; ita ut omnia ista sint unum, unitasque in DEO, scilicet simplicissimum ac superælestissimum ejus esse tam infinite incomprehensibiliterque perfectum, ut omnia ista in se simplicissime ac supereminentiissime comprehendat. Hæc omnia de DEO excelso ac glorioso limpidè, amorosè ac congratulatoriè contemplari, ad hanc contemplationis speciem attinet. Hæc ille.

Circa hanc Deitatis, divinarumque attributorum contemplationem plenius lib. 4. de Contemplatione, à cap. 7. usque ad 11. scripsimus.

Tertium gradus, Beatissimæ Trinitatis contemplatio.

§. 3.

ALTIOR omnino aliis gradibus est divinissimæ Trinitatis profundissima, ac mentibus humanis impervia contemplatio: neque passim omnibus hujus generis contemplationis gratia à DEO conceditur; rarissimi enim sunt, qui vastissimos illos Trinitatis sinus sciant, & possint investigare.

De hujus divinissimæ contemplationis altissima materia, ac de reatibus mentibus suavissima, lib. 4. de Contemplatione, à cap. 12. usque ad 17. latissime discerimus, ubi de Trinitatis incomprehensibilitate, proprietatibus, & mutua dilectione uti, cumque egimus. Ad hanc enim contemplationis speciem pertinet, intueri quemadmodum in vero

ac simplici DEO sit aeterna, actualissima, ac purissima generatio, qualis est emanatio Verbi aeterni à Patre summo, qui seipsum perfectè æternaliterque cognoscens ac intrinsecus, sui ipsius conceptum & Verbum internum in se profert ac gignit. Quod namque in se & de se cognoscit ac intrinsecus, hoc intra se loquitur ac producit: & quoniam unico actu intelligit seipsum, & omnia perfectè intelligit, idcirco una prolatione interna seu generatione mentali, seipsum & cuncta plenissimè intra se exprimit, & unicam dumtaxat Verbum gignit, quod est ipsius perfectè ac naturalis imago, splendor ac Filius, omniumque creaturarum exemplar: deò & ratio atque totius universi forma archetypa in mente divina, de quo Augustinus, *Qui negat*, inquit, *mundum, archetypum negat, & DEI Filium*. Hinc in Verbo isto aeterno tota Patri natura respicenda, totaque ejus majestas ac perfectio representatur in eo. Unde lib. 1. *de Trinitate* asserit Augustinus: *Pater tanquam seipsum dicens, genuit Verbum sibi æquale*.

Amplius ad hanc contemplationis speciem pertinet, intueri quemadmodum Pater & Filius se invicem, invicem volentes, & mutuò incomprehensibiliter ac superlativissimè complacentes, producant & intra se spirant unum increatum, plenum ac infinitum Amorem, propriae amabilitati proportionatum, qui est amor & nexus, osculumque amborum. Quemadmodum enim est verbum emanatio intellectus, sic amor est emanatio voluntatis.

Rursus spectat ad hanc speciem, contemplari quam verè superba, altissima ac superdeliciosissima hujus altissima Trinitatis sit vita, quemadmodum hæc supervenerabiles, supersublimes ac superperfectæ personæ se mutuò intueantur intuitione penitus comprehensiva, jucundissima, & æterna, se invicem quoque diligant amore superadentissimo & immenso, sibi que mutuò perfectè ac supergaudiose complacent, atque se invicem super felicissimè perficiant, & qualiter sit in eis plena communitio, superjucunda diffusio, consistentia supergignitissima & æterna. Ecce hæc omnia humiliter ac sincere, quietè & amore, circa divinissimum hoc Trinitatis mysterium in via illuminativa sunt contemplanda, cum præcordialissima congratulatione tam infinite beatitudinis & excellentiæ Trinitatis superexaltatæ & adorandæ.

Quando verò Trinitas est altior & purior, tanto majori humilitate, reverentia, & cordis puritate ad ejus contemplationem oportet accedere: nam ut rectè scripsit Augustinus: *Nullibi periculosius erratur, nec laboriosius quaritur, nec fructuosius invenitur, quam unitas Trinitatis*. Quare in his, quæ circa sanctissimam Trinitatis contemplationem vim intellectualem transcendent, curandum nobis est ne nimium intellectus acuetur aut figatur, sed simplici ac stabili fide huic insistendum est, & cum laude conspiciendum & admirandum est, quod tam ex Scripturæ quam Patrum documentis doceatur ac traditur. Alia autem sunt objecta, quæ in beatissima Trinitatis contemplatione vim affectivam inflammant, devotionemque augent, quæ supposita fide faciliùs capiuntur, fructuosius conspiciuntur, deliciis que gustantur, & mentem DEO fortius affigunt & accendunt, ut præd. & lib. 4. cap. 17. *de Contemplatione* annotavimus.

Demum omnia se, quæ circa divina attributa, medio intellectus dono contemplari possumus

ac debemus, Rusbrochius de O. natu. n. p. tit. 2. lib. 2. cap. 69. annotavit, dicens: *Inverò hoc intellectus donum contemplari & cognoscere nos docet nostram ipsorum præstantiam ac nobilitatem, & virtutum & exercitiorum omnium discrimen, sive discretam cognitionem nobis præstat, ut sciamus quo pacto in æterna veritate citra errorem vivendum nobis sit; & quisquis eo illuminatus est, versari ac ambulare in spiritu, & omnia tam in celis quam in terris ratione illustrata, præ se habere & considerare & intelligere novit. Atque tam ob rem in celis degens cum Sanctis omnibus, dilecti sui attendit & contemplatur pulchritudinem, & incomprehensibilem sublimitatem, inexhaustam profunditatem, longitudinem, latitudinem, sapientiam, veritatem, bonitatem, ineffabilem liberalitatem ac pietatem, & ceteras id genus amabiles DEI proprietates vel attributa, quæ in DEO, hoc est sublimi natura DEI, profusè innumera sunt, eademque penitus immensa ac infinita, cum sint idem ipse.*

Deinde, reductus ad seipsum & cunctos homines & creata omnia oculis, diligenter considerat, ubi DEUS ex liberrima pietate ac liberalitate sua secundum naturam ea condiderit, donisque variè affecerit: atque etiam supra naturam seipso ea donare ac ditare velit, si modo id inquirere ac desiderare non recuset. Istiusmodi rationalis multiplicitatis divitarum ac donorum DEI consideratio spiritum mirificè exhibet, si tamen pro DEI amore nobis ipsi enortius sumus in DEO, vivamusque & conversetur in spiritu, & gustu percipiamus ea, quæ semper mansera sunt. Idem etiam Intellectus donum eam quam in DEO habemus, ac per fructivum & penitus absorptum amorem possidemus, unitatem nobis reddit manifestam: itaque similitudinem illam DEI, quam per charitatem & virtutes in nobis ipsis habemus, atque etiam lumen nobis & claritudinem ministrat, in qua discrete ambulemus in spiritu, & contemplemur ac cognoscamus DEUM in spiritualibus similitudinibus, & nos ipsi quoque & omnia pro lumine ipsius ratione ac mensura DEI voluntate, & intellectu nostri dignitate ac præstantia.

CAPUT II.

De altiori contemplationis luce, qua in via illuminatur & Proficientes illustrari solent.

Quia clementissimus DEUS defæcatis justorum mentes miris illustrationibus, sine habitualium donorum adminiculo, non raro illustrare solet, veluti in prophetia contingit operæpretium erit ut de hoc altissimo contemplationis genere, quod sanctioribus ac purioribus mentibus quandoque solet evenire, dilectamus, ubi de eadem materia tractaturi Tomo 3. ubi de Operationibus à gratis gratis datis promerentibus plenius agemus.

Superiori cap. ostendimus, quæ ratione mens nostra, doni intellectus adminiculo, DEUM in imaginibus intellectualibus conspiciat, quomodo inquam DEUS sit summa majestas, veritas, bonitas, pietas, charitas, sapientia, misericordia, justitia, &c. ac præterea, quo pacto contempletur differentiam & unitatem divinæ naturæ in Trinitate, & Trinitatem in unitate; quæ omnia intellectus dono elevata mens suavissimè contemplari ac degustare solet: tamen misericors DEUS aliquando spirituales quamdam claritates, quæ quidem est lumen transiens, intellectui bene pur-

gato influit, eumque suo splendore elevat, ut prædicta omnia altiori modo per revelationem cognoscatur in formis tamen & imaginibus spiritalibus, quæ visio intellectualis à Theologis nuncupatur, ut infra capite 5. edocebimus.

Nec desunt in sublimi hac theoria diversi perfectionis gradus: inveniuntur enim quatuor, per quos hujus contemplationis nobilitas discernitur ac pensatur, ut laicius lib. 6. de Contemplatione cap. 2. tra. 2. avimus. Primus est, Quando infunditur DEUS lumen supernaturale intelligibile, nullas species de novo immittendo, neque divinitus præexistentes ordinando; hoc est contemplari divina per inspirationem internam, sive per lumen infusum ad modum actus: Secundus actus tunc contingit, Quando præter lumen sive inspirationem internam, imaginabiles species præexistentes tantum de novo divinitus ordinantur. Tertius, Cum lumini & internæ inspirationi novarum specierum sive similitudinum imaginabilium accedit inspectio. Quartus & ultimus, Quando non solum lumen istud internam, sed etiam species intelligibiles, quæ imaginabilibus nobiliores sunt) de novo infunduntur.

Hæc autem pura contemplatio dicitur, quia in ea mens ad divinam contemplationem non tam per similitudines à rebus sensibilibus mendicatas, quam à DEO ipso immittis seu infusas, instat Angelicæ naturæ sublevari solet: contingit autem sine ulla, aut saltem imperceptibili phantasmatum adumbratione, quod quidem dupliciter fieri potest. Primo, Si DEUS immittat pro illo tempore species intelligibiles infusas, quas decere aliquando infundi, communis est Patrum sententia, ut lib. 1. de Contemplatione cap. 2. & 3. declaravimus. Secundo hujusmodi pura contemplatio potest contingere, si DEUS tantum supernaturale lumen infundat, quo species intelligibiles in memoria præexistentes ita illustrentur & disponantur, ut nusquam puramque veritatem sine phantasmatum admixtione representent.

Hæc verò pura ac nuda veritatis divinæ sine phantasma ù velamine intuitio, est altissima doni intellectus operatio, in qua (ut scribit S. Thomas in 3. dist. 36. q. 2. art. 2. q. 2. & 2. 2. q. 8. art. 8.) per viam remotionis incedens, DEUM in hac vita perfectiori modo cognoscit, quam si per affirmationem aut positionem in teneretur. Hac igitur inspiratione, intelligentia desuper illustrata, super se elevatur ad DEUM conspicendum in omni perfectione, sanctitate & gloria infinitum atque immensum, & proinde omni pro suis menti humanæ & Angelicæ ac beatæ incomprehensibilem, infinite transcendens & superantem omnem mentis creatæ capacitatem, & ita unitur & intenta est DEO, tanquam pro suis ignoto quantum ad id quod est: & hac ratione cognoscit, quod universa quæ DEO adscribuntur à nobis, conveniunt ei per modum infinite eminentioris & perfectioris quam nos capere & intelligere in hac vita valeamus. Et hoc D. Dionysius multis in locis vocat *Ingressi divinam caliginem*, id est, superdulcissimam in se, sed nobis ignotam & incomprehensibilem DEI claritatem, plenitudinem, regionemq, lucis & veritatis ac sapientiæ ejus pro suis immensam, & fieri in ignorantia DEI, & per invisibilitatem & incomprehensibilitatem ipsum videre atque cognoscere, hoc est, intelligere, omnino ipsum invisibilem & incomprehensibilem esse, *Veluti si quis* (ut exemplo Dionysii Carthusiani

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

de Laud. vitæ solit. cap. 36. utat) *flans in litore totius Oceani, hoc est ei Oceanum ipsum videre, noscere se non posse illud totum visu attingere, metiri, frangere; & veluti si quis in ipsam Solis lucem in ipso sole formaliter existentem suam defigat obtutum, hoc est, ei lucem illam conspiciere, cernere se non posse eam in sua virtute & puritate oculis irreverberatis conspiciari. Sic igitur contemplamur Dominum DEUM nostrum, si interiore mentis oculum figamus in ipsum, cum omni humilitate, reverentia & amore, absque audaci & curioso scrutatio, & inue amur quiddam ipsi esse esse purum, simplicissimum, & incircumscriptum, bonitas infinita, veritas increata, unitas summa, superbeatissima vita, sapientia pro suis immensa, virtus omnipotens, superliberrima quoque voluntas, pulchritudo separata & interminata, dulcedo illimitata, sicque de ceteris perfectionibus ejus. In horum contemplatione insinuetur cor nostrum, & divini amoris ardore tot aliter succendatur, sicque DEO profundius unitur, ac abditæ, tanquam ignoto pariter & obscuro, ferventissime insigatur. Hæc Carthusianus.*

CAPUT III.

Contemplatio DEI in caligine.

PORRO hæc pura contemplatio à Mysticis simplex veritatis intuitus, sive silentium spirituale nuncupatur, quia in ea phantasmata silent. Ea etiam contingere solet, cum ad DEUM in caligine intuemus, intellectu dono elevatur: est enim proprium hujus doni (ut plenius alibi scriptum) DEUM per viam remotionis seu negationis contemplari; quæ quidem contemplatio in divinam caliginem terminatur, in qua DEUM intuemur ac contemplamur, quasi in tenebris & obcurissima caligine. Dicitur autem, recte Dionysio Epist. 5. ad Doroth. *divina caligo, quia est inaccessible lumen, in quo habitare DEUS dicitur; invisibilis quidem existens propter exceedentem claritatem, & inaccessibleis propter excessum super substantialis luminis effusionis.* Hæc Dionysius. Quare hæc contemplatio nihil aliud esse videtur, quam definitio mentis in immensam & inaccessibleem DEI lucem, intelligentiæ oculum reverberantem, & tua immensitate te ipsam abicendentem. De hac caligine sæpenumerò mentio fit in sacra Scriptura David Psal. 17. *Caligo sub pedibus ejus. & 96. Posuit tenebras latibulum suum.* & Psal. 22. *Nubes & caligo in circuitu ejus.* Quare Salomon inquit 3. Reg. 8. *Domini dicitur ut habitaret in nebula.* seu, ut alii legunt: *Dominus pollutus est, ut habitaret in caligine.*

In hac præterea caligine sunt gradus, ut cap. 4. ejusdem lib. de Contemplatione adnotavimus. In primo, mens, pacatis passionibus, phantasmatibus quasi consopitis, tranquilla ac pure DEUM in tenebris, hoc est, sub quadam generali incomprehensibilitatis ratione, conuertitur. In secundo verò sentitur caligo illa, sive inaccessibleis DEI lumen, quo non tantum mens illuminatur perfectius quam in primo, sed etiam quasi solaribus radiis vicinior ac eisdem percussa fervet ardentius. In primo, amoris vulnere faucitur: in secundo ligatur, & præ amoris magnitudine ita languet, ut nihil possit ei satisfacere præter unionem cum dilecto, quam concupiscit ardentius: ad ipsum enim anhelat, in ipsum suspirat, ex ipso inardescit, ac in ipso solo desiderat quietescere: sæpè extrale amo-

ris impetratur, incipitque incomprehensibilis DEI divitias inveni, multaque ei per divinam revelationem manifestantur, sed nec eis contenta manet, iterum enim majori impera & fervore ad unionem cum dilecto, omnia illa transcendens, ardentissimè anhelat.

Et quamvis in utroque contemplationis genere ista tenebrarum caligo percipiatur, est tamen magnum discrimen inter harum tenebrarum genera: nam sicut lumen majus à minori in claritate differt, ita tenebræ majores à minoribus distinguuntur. Et sicut (teste Salomone Prov. 4.) *justorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem*: ita quoque contemplativorum tenebræ & caligo usque ad perfectam noctem & caliginem mirabiliter crescit: & intenduntur. Et hoc fortan voluit significare David cum dixit Psal. 138. *Sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus, id est, sicut in lumine sunt perfectionis gradus, ita & in tenebris divinis jure debent constitui similes etiam gradus.*

Modum autem DEUM contemplandi in hac caligine, & quæ ibi animæ ad DEUM anhelanti eveniant, Henricus Harphius lib. 3. *Myst. Theol. par. 3. cap. 23.* latius prosequitur, cujus mentem ad breviorum methodum, ejus tamen verbis utentes, reducamus. Postquam, inquit, anima in imaginibus & similitudinibus tam corporeis quam intellectualibus DEUM est contemplata, & cum hujusmodi contemplationis modis minimè possit esse contenta, cum plenam DEI cognitionem animæ non conferant, idè relicta illis, anima dilecta totis se præcordiis sublevat, ac desiderio accenditur ad videndum dilectum in sua gloriosa & nuda essentia, devotis suspiriis clamitans & dicens: *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: Joan. 14. & sic enim Psal. 79. Ostende faciem tuam, & salvabitur. considerans, quòd intuitiva cognitio, qua DEUM in hac vita contemplamur, in imaginibus & similitudinibus versatur, quibus DEUM veluti per indumenta quædam, & non ex facie cognoscimus. Hinc protinus oculos suos intellectuales ab omnibus imaginibus etiam intelligibilibus, quales sunt imagines Divinitatis, unitatis, trinitatis, bonitatis, &c. denudare festinat, judicans ipsa luce clariùs, quòd hæc omnia, quantumcumque præcella videantur, DEUM tamen propriè non representant, sed tantùm sunt mensuræ humanæ comprehensibilitatis & intelligentiæ. Quapropter per nudam cognitionem suam non cessat intrare in illam divinam caliginem, ubi nimirum in quadam perfecta Dei ignorantia constituitur, & veluti inter duas mensas quasi præ fame moritura ponitur. Nam ad mensam inferiorem, ubi DEUS in imaginibus umbraticè cognoscitur & diligitur, inclinare se renuit: ad superiorem verò mensam, ubi DEUS in nuda sua gloriosa essentia conspicitur, accedere non permittitur. Sic igitur manet sedens in nuda caligine, & immediatè cor à ignota gloriosa Divinitatis presentia suâ ibi constituenti habitationem, eò quòd illic sine medio lumen illud gloriosum in ipsa caligine resurgere non cessat, licet mentis nostræ tenebræ lumen ipsum comprehendere non valeant.*

Interim tamen dum in hac vita peregrinatur, suam habitationem in ipsa caligine sub mensa superiori coram immediata presentia dilecti, veluti sub umbra illius quem desiderat, quadam anhelosa longanimitate constituit, & instar catelli micæ de menta Domini expectantis. Nec ibi otiosa

invenitur: siquidem sollicita semper est quomodo DEO magis ac magis placeat, divinum beneplacitum ob oculos semper habens, ac in operibus virtutis, exercitiis vigorosis, & affectibus amorosis super omnes occupationes & multiplicitates se exercens, & hanc habitationem continuè visitans, per excessum quendam simplicem omnium cogitationum, similitudinum & imaginum, imò & super omnem DEI nominationem; & sic post omnem occupationem, secundum se totam in caliginosam, sicut in propriam habitationem revertitur: cum etiam, quia illic otiosam quamdam habitationem habet, scilicet amorosam quamdam anhelationem ad videndam nudam & gloriosam faciem dilecti sui, ad sedendum inquam cum ceteris electis ad mensam illam supremam, ubi tandem dilectus ejus erit cibus & potus ipsius. Hæc Harphius. Ubi præclare tædium, desiderium & spem, & exercitia alia, quæ in hac amorosa anhelatione in hac caligine celebrata inveniuntur, prosequitur, de quibus *infra à cap. 7.* plenius distagemus.

CAPVT IV.

De modi nescia contemplatione.

Hæc summi boni in caligine contemplatio non immeritò à Mysticis Doctoribus modi nescia nuncupatur: nam tunc virtus intellectiva, ut bene docet Harphius lib. 3. *Myst. Theol. 4. par. cap. 29.* in modum modi nescium elevatur, ita ut intuitus ejus sine modo fiat, nec sic, nec hic, nec ibi firmetur, sed omnia quodammodo sine modo complectitur, eò quòd ejus intuitus ei superextaltatus & superdilatus est, ita quòd nescit ubi respiciat, veluti vagabundus & erraticus, nec intuitum revocare potest, quia totus est ab eo diffusus sine modo, sine fine, ac sine reversione, quia quod capere desiderat, ad ipsius ad votum non valet. In hoc statu intellectus semper habet propensionem & inclinationem, ut videat quid sit DEUS in se, & qualis sit: quoniam ad hoc à DEO ducitur, allicitur & invitatur, ac eam ob causam, ut supra dixi, non cessat continuis suspiriis ad portas divinæ misericordie pulsare; sed tamen intellectus illic excubat cogitur, quia oculus ejus ab immensa claritate reverberatur & caligat. Exultat tamen interim cum sponta, dicens: *Sub umbra firmi (id est Christi) quem desideraveram, sedui, & fructus ejus dulcis gutturi meo.*

Potè illud advertendum est, ad hanc contemplationis speciem etiam alias, quæ variis nominibus à Mysticis vocari solent, reduci. Prima, quæ *Spiritualis anime somnus dicitur*, quæ nihil aliud est, quam quædam in DEO felicissima obdormitio, in qua spiritus à se distat, nesciens ubi aut quomodo; hoc tantùm sciens, quòd sponta Cantic. 5. dicit: *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est, & eodem cap. Ego dormio, & cor meum vigilat.* quia eodem tempore anima ab omnibus rebus abstracta, & à se ipsa, id est à sensibus, quodammodo alienata, solius dilecti intuitioni & castissimo amori dulciter inhæret. Et quamvis sæpè contingat in hoc gradu animam à sensibus ad divinam omnino rapi, in hoc tamen suavi dormitione omnino non fit extra se: nam licet operationes externorum sensuum ac imaginationis quodammodo debilitentur, non tamen penitus consopit-

tur, quemadmodum ii qui dormire solent, qui nec omnino sensibus carent, nec omnino sensibus atuntur.

Demum est alia contemplationis species, quæ *Quies in DEO* iure vocatur, in qua DEUS in puro ac eminenti amore possidetur, & ipse in animâ cum dilectione prolabitur, alterque alterius in possessione & quiete mutua requiescit; in ea spiritus clarificatur, & totus divino lumine ac dulcore perfunditur, & DEUS cum ipso, & ipse cum DEO mira charitatis adhesionem & iocunditate ad invicem conglutinantur. Hæc iocundissima quies à pura DEI contemplatione provenire solet, estque proxima ad unionem fructivam cum DEO dispositio. De hac admirabili quiete D. Bonaventura *Tractat. de Septem gradib. contempl. v. tractat. 1. Quies est totius anime mira quedam & suaviss. tranquillitas, per infusam nobis ex frequentia orationis dulcedinem concreata. Sola valde spiritibus experientia huius quietis conceditur, quibus & datur etiam ipsas supercælestes substantias contemplando transcendere: superignora enim bonitas ipsi familiaris seipsum eis immittit. & eis tota virtute dilatatato sinu sancti desiderii, poterit suscipiunt beatas immisiones animalibus & presumptuos omnino incognitas. Sic igitur puris Sanctorum contemplativorum animabus in inusitato nutrimento ditissime adimpleti splendescunt ipsorum oratio, dulcescit concupiscentia, hilarescit irascibilitas, ex dilectione quorum Desiderium illam quietem non ambigimus emanare. Hæc ille. De hac suavissima contemplatione, & de suavi somno eam antecedenti, plura *lib. 5. c. 6. de Contemplatione* scriptimus. Est autem hæc iocundissima quies, ultima dispositio ad divinam & arcanam unionem animæ, ut præclare sanctissima virgo *Teresa lib. sua Vita c. 14. & sequentibus* adnotavit.*

CAPVT V.

Divina revelationes, visiones, ac locutiones, quæ in raptu (apsistimè) via Illuminativa contingunt.

CLEMENTISSIMUS DEUS solet (idque non raro) in via Illuminativa proficientibus, utpote puris ac defæctis mentibus ornatis, mirabiles visiones ac divinorum secretorum revelationes à corporeis sensibus raptu liberalissimè communicare. Plura essent hic de raptu & revelationibus differenda, de quibus speciatim alibi, adjuvante DEO, dicemus.

Solent autem illi, qui ad hunc statum viæ Illuminativæ pervenerunt, tempore amoris æstus & impatientis in eorum supra seipsum in spiritum rapti, ubi vel sub formis & similitudinibus quædam eis proponuntur veritates, sive internis verbis aliqua exprimentur, sive pro ipsorum, sive aliorum necessitate quandoque etiam eis fruata paodantur. Istæ verò revelationes, visiones, sive locutiones aliquando sub corporeis sunt simulachris & imaginibus in phantasia receptis, quæ quidem Angelorum ministerio efficiuntur: aliquando verò sub intellectuali veritate ac mediis intellectualibus speciebus contingunt, quæ intellectualis visio nuncupatur: interdum verò quidam super seipsum & supra spiritum suum in quodam incomprehensibile raptuunt bonum, quod eo modo quo ipsum vel viderunt vel audierunt, nullis umquam verbis aut exprimere, aut indicare valent.

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

Porro quandoque (ut egregiè docet Rusbrochius *lib. 2. de Ornat. nupt. cap. 25.*) velut fulgores quosdam repentinos instat fulgurum DEUS mittit in spiritum, siquidem subitaneus quidam singularis claritatis fulgor ex simplici radianti nuditate, emicatum verò spiritus in momento supra seipsum sublevar, sed mox lumen huiusmodi dissiparet, & homo redit ad se. Et hoc quoque Deus ipse operatur, & est quiddam præclarum valde: quandoquidem tales sæpius homines redduntur illuminari. Solet præterea etiam aliud quiddam invenire amoris æstu laborantibus: non omni quædam percipiunt lumen, quod quidem profectum sit ex DEO, sed per media. In ipso autem lumine cor & vis appetitiva verus ipsum lumen sese erigunt, & ex hac luminis oblatione tanta sentitur appetentia & delectatio, ut li cordi intolerabilis, & præ exultatione in quamdam prorumpit vocem, & id jubilus appellatur: quod ejusmodi gaudium est, ut verbis non possit explicari. Neque id devitari aut supprimi potest. Si enim cor deorsum erecto ac paulo quipiam luminis hinc occurtere velit, vox talis sequatur necesse est, quæ dum lux ipsa & exercitatio perseverat. Præter hos alii vel à proprio Angelo, vel ab aliis beatis spiritibus, in somnis de diversis sibi necessariis rebus instituantur.

Raptus igitur, visiones, revelationes, sive locutiones, communes quidem sunt omnibus viam hanc supernaturalem, sive Purgativam, sive Illuminativam, sive Unitivam illa sit, ingrediendibus, ut plane constat ex his, quæ superius, de via Purgativa agentes *cap. 10. anno* avimus. Multum tamen interest inter visiones, revelationes, & alias perceptiones mentales, quæ in hoc triplici statu evenire solent: nam frequenter, quæ nondum benè purgatis eveniunt, in inferiori celo, id est, in imaginatione, recipiuntur: quæ verò in Illuminativa contingunt, in intellectu & voluntate à phantasmatis & affectionibus aliis expurgatis, tamquam in secundo & nobiliori celo recipiuntur: illæ verò perceptiones, quæ purissimis mentibus, quales sunt quæ amorem unitivum degustarunt, omnium sunt nobilissimæ, utpote quæ usque ad tertium animæ cælum, hoc est, ad supremam animæ partem ascendunt. Nec solum raptus, revelationes & perceptiones aliæ differunt ex parte subjecti in quo recipiuntur, ut ex dictis constat, verum etiam ex aliis multis capitibus.

Primò, Ex majori & pleniori influxu luminis intellectualis: nam Proficientibus & majori purgatione mundatis, quales sunt viam Illuminativam ingressi, DEUS clarius & perfectius lumen, quam incipientibus purgati, perfundit. Purgatissimis verò, quales sunt qui DEO per intamam & fructivam unionem adherent, liberius lumen his, qui ad hunc felicissimum statum nondum pervenerunt, immittit.

Secundò, Ex immisione specierum sive præexistentium nova ordinatione in mente illius, qui ad divina percipienda raptus: sumi etiam potest harum perceptionum mentalium differentia: nã similitudines, sive species intellectuales, excellentiores quidem sunt imaginariis, & intellectuales illæ nobiliores sunt, quæ de novo infunduntur à DEO speciebus aliis in mente præexistentibus. Soler enim DEUS novas species intelligibiles ipsi menti infundere, ut plenius *lib. 6. de Contemplatione cap. 2. pertractavimus.*

Z. 2

Disertè

Dicit è verò ac breviter Dionysius Carthusianus Opusc. de Vita inclusarum, cap. 19. ubi loquens de altissima contemplatione, & de excessu hinc raptu, varios perfectionis gradus describit, dicens: Interdum fit hoc per similitudines corporales, interdum per formas imaginarias, interdum verò sublimi⁹, purius, ac divinius per species & radios intellectuales, hoc est per solam intellectualem illuminationem, & spiritualis speciei aut luminis infusionem, ut contingere solet personis perfectis, heroicis, & divinis, que sæpè inopinatus excessibus feruntur, seu potius rapiuntur in DEVM, qui frequenter benignissime sic subitò & ex improvviso prævenit mentes illarum, quod absque proprio conamine illustrantur & inflammantur à Spiritu sancto, tanquam suavissimè replentur & consolantur ab ipso, ut ineffabilem DEI circum se charitatem, pietatem, libertatem, ac dignationem nequaquam mirari sufficiant, atque tam raptè elevantur & afficiuntur in DEVM, ut præ claritate contemplationis & præ fervore dilectionis divina deficiant, & à seipsis alienentur, ac corpore infirmantur, undaque gratia de super influentis ferre vix queant; sicque DEO suum in eos continuante influxum à seipsis penitus desistant, atque in abyssu lucis aeternæ, in fonte divinarum gloriæ infinitæ demerguntur ac absorbentur, & igne amoris divini quodammodo consumuntur, sicque dulcissimè in DEO obdormiunt, sollicitè, repaulant & requiescunt. Hæc ille.

Præterea differunt raptus, visiones, revelationes, &c, primi status, ab his, quæ in secundo & tertio statu contingunt: illæ enim sunt frequentius periculose, ut latius ibi anno avimus, & sæpè deceptorie, vel quia à demone immixtæ, vel quia à propria imaginatione confictæ: illæ verò quæ ad secundam & tertiam statum pertinent, securiores sunt, quæ tam vis maximo periculo non careant, si animus recipientis cum proprietate eis incipiat adherere: peccatus enim debet esse, quisquis ille sit, pro DEI voluntate & beneplacito æquè his care, ac fructum quantum est ex parte sua, potius eligere debet, his & aliis consolationibus propter DEI amorem in hac vita privari.

Demum, antequam à revelationibus & visionibus viæ illuminatiæ discedamus, operæ pretium erit viam arduam & difficilem, quam ingreffi sunt illi, qui ad tantam divinorum charitatum gratiam à DEO subleventur, ex auctoritate Richardi à S. Victore aperire, ut si aliquando deterrerat mentem certamen laborum, eam afficiat magnitudo præmiorum. In Psalmum igitur 28. is eruditè (ut solet) quibus modis perfecti viri rapiant regnum cælorum, & quibus machinis eorum muros & portas expugnent, usque dum illis secretiora divini palatii lectica pateant, & ingredientes spolia referant, ita scribit: Istam, inquit, viam, (nempe arctam) ascendunt viri dumtaxat ad bella doctissimi, & terribilis castrorum acies ordinata virorum fortium, & eorum qui possunt ad bella procedere, viam veritatis eligentes, utpote vim facturi, arctam illam & arduam illam, qua ducit ad vitam cum alacritate apprehendunt, & cum summa festinatione per semitam mandatorum de valle lacrymarum ascendunt de virtute in virtutem, que retrò sunt obliti, & in interiora extensis, sat agunt semper magis magisque sapere quæ sursum sunt, non quæ super terram, donec vix cum multo labore tandem aliquando apprehendentes montis verticem, perveniant usque ad civitatem munitam. Collecta itaque omni multitudine in summis montium, & secundum castrorum disciplinam acie ordinata, mirabiliter in mon-

tibus aeternis cingunt orbem, & inchoant oblationem.

Et in primo quidem congressu civium constantiam telorum jactu emollire nituntur. Assistant hinc sagittarii, illinc fundibularii. Laciuntur itaque ab alio spiritu sagitta ab imo cordis evulsa, ab alio igitur orationis tede accensa. Volant undique sagittæ potentis acutæ cum carbombis desolatorii. Hinc istim funda & lapide, illinc illi in splendore fulguranti hasta sue dant crebros ictus in genitibus inenarrabilibus, universis rugientibus à genu cordis sui. Nec dubium, in tam acri certamine, in tanto talium telorum imbre, quin celestes ille Angelicarum virtutum phalanges crebra suscipiant miserationum vulnera, in tantum, ut sauciatorum caterva necessitate urgente clamare cogatur. Vulnerata charitate ego sum; utpote pietatis affectibus medullitus confossum, & passim perforata. Eriguntur præterea machinæ meditationum, speculationum, contemplationum. Patent jam urbes interiora: ab alta siquidem contemplationis machinæ, faciliè conspiciuntur quæ intrinsecus sunt vel geruntur.

Applicati denique ad murum machinis, & electorum ex omnibus bellatorum fortium ordinibus inchoant dispositis, aggrediuntur omnino propagatores civitatis. Sed ne spiculis ex diverso venientibus aliqua errorum vulnera suscipiant, induti lorica fideli, protegentur galea spei, tenentes in manibus gladium spiritus, quod est verbum DEI. Hæretur et machinis, illis è propugnaculis sortiter dimicantibus, vicissim feruntur & feruntur, utrimque vulnerant & vulnerantur, his compunctionibus, illis pietatis vulnera suscipientibus. Hæc itaque in hunc modum certantibus, alii ad torquendos lapides balistæ erigunt, & de Scripturarum canone raras irrefragabilis auctoritatis sententias erunt. Feruntur itaque in murum ingenti saxorum moles, lapides lapideis illantur, ut ex crebra Scripturarum collatione secretorum scientia secreta pateant. Sed nec ista sufficiunt. Admoverat præterea ad murum arces, & intercurrente directâ rationatione, valida argumentationis ictibus muros firmatas tandem dissolvitur, & crebrentibus circumquaque revelationum rimis, urbes interiora patefiunt.

Tandem aliquando mania urbis vario machinamentorum impulsu desiciuntur, & illa alta profunditas, & profunda altitudo mysteriorum divinarum penetratur, & murus ille spissus & altus, in figuris & aenigmatibus constructus, dirumpitur. Rapto itaque muro, irruunt undique sortes & perseverantes, scrutatio penetrant usque ad interiora aulicæ; hæc & alia dumtaxat, qui in eis audaciores sunt, irrumpentibus penetrantia divini palatii, ubi & audiunt arcana illa verba, quæ non licet homini loqui. Dividuntur ceteri per vicos & plateas civitatis, perforant antes omnia, penetrantes abditæ quæque locorum & aditus secretiora, nihil intactum prætereuntes, nihil indissolubile relinquentes.

Inrrant tandem (nullo obstante) in æternæ geophylaciæ celestem thesaurorum, in quibus abscondita jacer altitudo divinarum sapientiarum & scientia DEI. Rapit itaque quisque quod potest. Ab alio sermo sapientiæ, ab alio sermo scientiæ venditur. Hinc cedit discretio spirituum, illi generæ linguarum. In hunc itaque modum illa gazea spiritualium charismatum ab alio & alio varia sorte diripiuntur, ut constet quod Veritas attestatur Matth. 11. Quia regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Direpto itaque cælesti thesauro à virtutum prædonibus, omnes operati spoliis & onusti prædæ cū alacritate redeunt,

IN
TERMINIS

Operi Spiritu
TERMINIS
OPERIS

Quibus modis viri perfecti rapiant regnum cælorum.

deum
faciunt
Et
non pro
taque
dant
dant
duce
in me
exult
dent
exult
spoliis
confe
doi.

In
le
tur
eni
mil
adi
no
tra
cit
no
di
bo
mi
fic
lib
cit
eu
in
su
u
ri
8
P
a
t

Amoris
vultus,
quique
effectus.

Primus
gradus
volentium
amoris.

deunt. & per aliam viam revertuntur in regionem suam.

Et paulo infra iū Amor DEI rapit eos sursum, amor proximi retrahit eos deorsum. Propter DEUM itaque est quid ascendunt usque ad celos, & descendunt usque ad abyssum propter proximum, ad visitandum eos qui in tenebris & in umbra mortis sedent, educere in manu potentis, & in brachio excelso vincas in mendicitate & ferro. Vementes itaque veniunt cū exultatione, portantes pradam in humeris suis, gaudentque vehementer, sicut qui latantur in veste, sicut exultant victores capta prada, & sicut qui inveniunt spolia multa: & auditur undique vox exultationis & confessionis in tabernaculo iustorum. Hæc Richardus.

CAPVT VI.

Ardentissimus DEI amor frequentius in via illuminativa exercetur.

INTER alios effectus, quos præclarissimus Intellectus donum sua irradiatione in anima operatur, nobilissimus est ardentissimus DEI amor. Est enim Spiritus sancti gratia in anima latens consimilis candelæ, vasi vitro aut laterne inclusa. Quæ admodum enim candela istiusmodi vitreum vas non solum illustrat, & suo splendore penetrat ac transradat, verum etiam & ipsum vitrum calefacit, & Spiritus sanctus, medio Intellectus dono, non tantum purificatas illuminat mentes, & ad divina contemplanda rapit, earumque virtutes & bona exempla aliis aperit ac manifestat: quinimodò, in uno calore mirum in modum incendit. Et sicut ignis, vi & efficacia sui caloris, aqua aut quelibet alium liquorem ahenò in usum non calefacit solum, sed ut & insulam ebulliat, compellit: ad eundem modum ignis Spiritus sancti non tantum impellit ac excitat omnes animæ vires ut ebulliant, sursumque per contemplationem efferantur; sed ut divino quoque incenduntur amore, ita ut amoris divini ignis semper in eorum mentibus ardeat & ferveat. In hac enim via illuminativa præcipuus amoris effectus est; cor affectum ac omnes animæ vires sursum trahere, ut DEO ipsi uniantur. Hæc autem æterni Solis irradiatio tantum amorem & gaudium excitat in anima, ipsamque cor in principio usque adeo expandit & late explicat, ut ægè claudii possit.

Hinc jam quodam vulnere cordis afficitur eo tempore anima, quod verè est & dicitur vulnus amoris; nihil verò potest hoc amoris vulnere sentiri suavius, aut vehementius excruciare: hoc afflicti, certissimum est sanctæ conscientie indicium, hoc denique uno eodemque tempore gaudium interit & dolorem ingentem. Ille gradus vulnerantis amoris incipientes, sive eos qui viam purgativam supernaturalem proficuntur, exornat; illuminativæ ve dè magis amoris vincula & languores congruunt, ut in via purgativa adnotavimus: sunt enim amoris violenti quatuor gradus, ut præclarè Richardus de S. Victore in Tract. de Gradibus violentæ charitatis consideravit.

Et ut præteritis am quartum, qui via Unitivæ, de qua infra, congruit: Primus, ait, amor vulnerans vocatur, qui cor quasi necessest & medullitus transfigit, ut veraciter clamet cum sponsa: Vulnerata charitate ego sum. Secundus verò amoris gradus, qui ligat, sicut primum diximus qui vulnerat. Nam, ut optime Thom. à Iesu Opr. Tom. II.

idem Richardus, Nonne, inquit, sine omni contradictione animus ligatus est, quando omnium obliviscitur, gradus ut aliud meditari non possit: quia quicquid agit, quicquid dicat, semper hoc mente revolvit, perenniq; memoria retinet, hoc dormiens somniat, hoc vigilans omnino hora tractat. unde facile est pendere, ut arbitror, quomodo hic gradus priorem gradum transcendit, qui mentem homini nec ad horam quietam esse permittit.

Seq. itur: Reclè itaque dictum est quod prior gradus sit qui vulnerat, secundus sit iste qui ligat. Licet ergo ligari minus sit quādoque quā vulnèri, tamen major violentia videtur esse, si postquam aliquis percussus deicitur, deiectus deprehenditur, deprehensus abducitur, abductus in carceratur, in carceratus cætenatur atque ligatur, & iam omnino captivus tenetur. Quid horum, quæso, majus & violentius? Ille liber est, iste autem à loco in quo detinetur, recedere non potest, quia ligatus est. B. infra: Sed quæ sunt (inquit) vincula, quibus spiritus sive animus in hac vita ita ligari potest? Si vultis audire, de charitate ligatur. Propheta Osee 11. dicit: In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Sed qui sunt isti funiculi Adam primi parentis nostri, nisi munera DEI? in magna enim gloria creatus fuit. Quid igitur sunt ista charitatis vincula nisi DEI beneficia? bona natura, bona gratia, & bona gloria? hujus enim beneficentia vinculis obnoxios nos fecit, quia naturam condidit, gratiam contulit, gloriam reprovisti. Ecce funiculus triplex. Adhuc autem Dominus adhuc nova vincula charitatis, quæ manu vâidâ multiplicat super nos, ut nos sibi arctius adstringat, quæ numerari non possunt. Et infra: Sicut in priori degustata suavitas sauciat animam, sic in secundo inspecta charitas cogitationem ligat, ut illius oblivisci, vel aliud cogitare non possit. Hactenus Richardus.

Ab hoc secundo amoris gradu viam illuminativam supernaturalem ingressi incipere solent: cum enim per contemplationem purgata mente divina collata sibi beneficia conspiciunt, ac Christi amorem erga se aliis contemplantur, non possunt his charitatis vinculis non solum non uteri, sed & arctissime ligari, præcipue ve dè ubi Christus intus exigit & invitat ad intimam secum per amorem unionem, quam cum avidissime anima concupiscat, neque tamen ad eam, ut desiderat, peringere valeat; unde quidam enascitur languor amoris spiritualis, ita ut cor DEUM amans in amoris nullo gustu & sapore, aut consolatione, quam spiritua- DEUS in animas infundere solet, quiescere possit: & cum ex alia parte obtinere non liceat, quodis processu omnibus desiderat; ac permanere cogatur, ubi animus esse plane recusat; ex his videlicet duobus languor iste constat, ac deinde cum DEUM nequeat adipisci, nec eo fraudari aut carere animus velit, ex his quædam in huiusmodi homine foris & intus existit & oritur astuosa impatientia: quæ quamdiu durat, nulla est creatura nec in cælis nec in terra, in qua illi vel quietem vel aliquod solatium capere liceat.

Hic amoris languor sive æstus, quædam interna Descri- impatientia est, quæ rationi morem gerere & obicitur. sequi non vult, donec te amata possit. In hoc nuclea- quidem gradu amoris vis tam ingens est, ut in- omni hominis vita non sit perfectior, adeo ut ab- que ullo alio labore corpus lædatur & absumatur. Ubi enim hæc amoris impatientia dominatur, modos omnes superat, nec se aliquo certo modo contineri, vel stringi patitur: nam qui sic amat, interdum etiam impatienti mortis cruciatur desiderio, ut à corporis sui carcere dissolutus cum dile-

Amoris gradus violentis amoris.

Primus gradus violentis amoris.

Secundus gradus ejusque conditiones.

Languor amoris spiritualis



to suo possit uniri : eam ob rem oculis internis fortim levatis aulam cœlestem gloria & gaudis afflentem, & imbi dilectum suum eximie coronatum, & immensi cum deliciis in Sanctos suos proflientem contemplatur, simul attendens, quod his omnibus carere compellitur. Hæc vero solent inretim oculi externis lacrymis humescere, & anhela nasci desideria. Deinde, revocatis è cœlo oculis, dum suum in quo degit exilium, quodque evadere non liceat adspicit, jam lacrymæ doloris & avidæ expectationis per ora decurrunt, quæ quidem illius animum sedant ac refrigerant, & fontem reverentia: corporis, ob tuendas illius vires & valetudinem, utiles ac salutaris, quod possit tantus æstus & impotentia, donec defervescat, sustineri.

Tertius gradus violentiæ charitatis, est, si proprietates de clarantur.

Hunc animæ incredibilem languorem Richardus descripsit his verbis : *Ad tertium itaque gradum violenti amoris ascendit, quando omnem alium amorem excludit, quando nihil præter unum, vel nisi propter unum diligit. Scilicet in hoc itaque tertio gradu violentiæ charitatis nihil omnino satis acere potest præter unum, sicut & nihil sapere potest nisi propter unum: unum amat, unum diligit; unum sinit, unum concupiscit ad unum anhelat, in unum suspirat, in uno inardescit, in uno requiescit, unum solum est in quo reficitur, unum solum est ex quo satiatur; nihil dulcescit, nihil sapit, nisi hoc uno condatur. Sequitur. Quidquid ultra se offerat, quidquid sponte occurrat citò rejicitur, citò conculcatur quod suo affectu non militat, vel eius desideria non deserviat. Sed quis hujus affectus tyrannidem dignè describat? quoniam omne desiderium expellit, omne studium excludit, omne exercitium violenter exprimit, quod sua concupiscentia deservire non conspiciat. Quidquid agat, quidquid dicat, quidquid cogitet, inutile, imò intolerabile videtur, nisi in unum sui desiderii finem concurrat. Cum autem frui potest eo quod diligit, omnia pariter se habere credit: sine illo autem horret omnia, corpore desicit, corde tabescit ac languescit, consilium non accipit, rationi non acquiescit, nullam consolationem admittit, sed clamat cum sponsa: Nunciante dilecto, quia amore languo.*

Tertius itaque gradus est, quando mens rapitur in DEUM luminis abyssum, ita ut humanus animus in hoc statu omnium exteriorum oblitus, penitus nesciat seipsum, totusque transeat in DEUM suum. In hoc itaque gradu compescitur planè desideriorum turba carnalium, & fit in cœlo silentium quasi dimidia hora: in hoc namque gradu, dum mens à seipsa alienatur, dum in illud divinum secretum rapitur, dum ab illo divini amoris incendio circumdatur, intimè penetratur & inflammatur, seipsum penitus exurit, & divinum quemdam affectum induit, & inspecta pulchritudini configurata, tota in aliam gloriam transit. In hoc statu anima in illum, quem diligit, liquefit, & in seipsa tota languescit, ut dicat: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Hæc Richardus.

Effectus hujus amoris referuntur.

Effectus hujus ardentissimi amoris, teste Dionysio Carthusiano de Fonte lucis, cap. 13. solent esse gloriatio in adversis, castigatio carnis, custodia cordis, humiliatio mentis, despectio terrenorum, desiderium æternorum, & omnis actus virtutum. Cumque amor privatus omnium sit radix vitiorum, constat quod deo evulso cuncta ei adiacentur peccata: quo facto, insunt cordi munditia & charitas DEI pura, fortis, fixa ac fervida. Sicque ad omne bonum, & illuminationes altissimas ac frequentes, & quasi conuales, ad inflantur matio-

nes æstuantissimas, ad transformationem Deificam, ad rapum & eccliam, ad exercitiationem secretissimam, tranquillationem dulcissimam, imò ad vitam Angelis proximam est anima tum disposita, statque velut in conactu continuo Solis æterni, Solis justitiæ, Solis sapientiæ infinitæ, ut exuberantissimè ac indefinenter illustretur, calcifiat, penetratur, impletur, ac mundetur ab illo, & instar speculi tersi, pervii, luminosi atque clarissimi objecta substantiæ & applicata est superlucidissimo Soli immenso: idcirco non cessat ille Sol liberalissimus stillicidia gratiæ, fluenti sapientiæ, charitatis scintillas in illam diffundere. Hæc Carthusianus.

Demum hoc æstuantis amoris incendio affectus, ardentè ac incessantè desiderat, ut ipse Creator ac Dominus universorum ab omnibus creaturis decenti ac debito modo colatur, honoretur, diligatur, ac formiderat, ac ipse in primis id totis viribus peragat, & alios ad id, quantum potest, inducat, totum se DEO impendit, ipsum totis precoribus cupiendo, toto fervore amando, ad ejus honorem & gloriam omnia referendo. Vehementissimè bonum Ecclesiæ commune cupiens, atque universorum salutem desiderans, ut DEUS in omnibus a que ab omnibus honoretur. Idcirco de injuriis & offensis in eam commissis, de peregrinatione in iudine & vitis intumè contristatur; ac conitudo de errantium emendatione, de justorum profectu summo opere lætatur, gratias agit, pro omnibus orat, & totus in bonitatis affectum, in zelum justitiæ, in amoris ignem convertitur, relolvitur, & transformatur.

CAPVT VII.

De spiritali languore & astu, aliisque hujus status amorosis exercitiis.

ANIMA in hoc statu non tantum vulnerante sed & languente amore transita, licet per altissimam contemplationem ipsum DEUM in illa caligine, de qua locuti sumus Cap. 3. ineffabili modo intueatur, adhuc tamen quasi inter duas mentis constituta, præ amoris fame videtur emortuam ad l. pe. iorem mensam, ubi DEUS in sua gloriofa essentia conspicitur, & ad quem adentissimo amore anhelat, accedere unione omnimoda non potest: utitur; ad inferiorem verò, ubi DEUS in imaginibus veluti sub umbra cognoscitur, inclinante se renuit: quare veluti mediæ in cœlum & terram clamare compellitur: *Suspendium elegit anima mea, & mortem omnia ossa mea.* Et quamvis ad superiorem mensam illi non pateat ingressus, in illa amorosa caligine sub hac mentis constituta, anhelosâ longanimitate instar catelli micæ de mensa Domini expectat, sollicita semper quomodo DEO magis ac magis placeat, ac in operibus virtutum & affectibus amorosis continuo se exercens, & præcipuè per amorosam quamdam anhelationem, ad videndam nudam & gloriosam dilecti sui faciem seipsam inclinans.

Quam quidem amorosam anhelationem in hac caligine etia (ut egregiè Harphius lib. 3. Myst. Theol. part. 3. cap. 23.) comitantur exercitia, scilicet desiderium, & spes. Tædium autem com-plectitur in omnibus, quæ sub hac caligine contem- nentur: quoniam ibi dilectum suum minime reperire prævalet nisi in imaginibus & similitudinibus,

Tri- hujus status exercitia quorum primum est...

Thom. II
Oper. Spirit. II
Omn.

amorosus, quem in sua proprietate videre desiderat. Hinc etiam quoddam amorosum rædium de ipsa caligine, quam inhabitare cogitur, incurrit, donec se dilectus sua pietate manifestare se voluerit: non enim ignorat, quod ipsius dilecti occultatio contingit ex parte proprii defectus, cum DEUS in se gloriosum lumen esse dignoscitur, in quo tenebræ non sunt ullæ, ut dicit 1. Ioan. 1. Sic uti sol materialis creaturis universis in se magis est visibilis, utpote fons ipse visibilis lucis; verum tamen universi corporales oculi illam aspicere propter nimiam claritatem non possunt, ob eorum debilitatem & inhabilitatem. Sic ergo felix anima rædium sustinet suæ caliginis, quam ex se ipsa causatam non ignorat. Denique licet utcumque gaudeat super omnem imaginem & similitudinem in hanc se consensisse caliginem, omnemque creaturam effugisse & supervolasse, stans inavertibiliter coram immediata præsentia dilecti, glorioso lumine caliginem suam illustrantis; quamvis lumen illud gloriosum ejus caligo comprehendere nequeat, rædium tamen sustinet propter debilitatem & inhabilitatem oculi sui intellectualis, lumen illud capere vel sustinere non valens, quo nimirum cogitur inter duas mensas famelica & inubonda residere.

Secundum verò exercitium, est quoddam flammigerum desiderium ad gloriosam & nudam dilecti faciem videndam, & frændam in plenitudine amoris; quia numquam plenum gaudium nisi in perfecta DEI visione & cognitione valebit adipisci. Petite, (inquit Joan. 16.) & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Et item ait: Videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cum igitur anima in hoc fervido & penetrativo desiderio coram ignota, licet immediata DEI præsentia, steterit, statim recipit verbum illud absconditum, de quo dicitur in lib. Job cap. 4. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtive suscepit auris mea verbum susurri ejus. id est, occultissimas inspiraciones alloquentis Verbi, quod est Filius DEI Christus JESUS, sapientia Patris, qui, ut dicit Job cap. 28. absconditus est ab oculis omnium viventium. Hoc verbum amorosæ animæ dulci susurrio loquitur in ipsa caligine suæ cogitationis, ipse Patet in illa caligine cum Filio & Spiritu sancto inhabitans, sicut promiserat Christus Joan. 14. dicens: Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ibi denique verbum suum loquitur non in imaginibus vel similitudinibus, quæ procul funditus eliminatæ sunt; sed in sua gloriosa luce, licet ipsi animæ verbum hoc absconditum maneat: quia quamvis lux ipsa lucea in tenebris, tenebræ tamen eam comprehendere non possunt. De quo Verbo divino dicit Sapiens Sap. 18. Cum quietum silentium contineret omnia, & nox in cursu suo medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiens est caelo à regalibus sedibus venit. In caligine quippe cogitationis tenent omnes creaturæ silentium, ubi caliginosa nox suum cursum habere dignoscitur, id est, statum suum in hac vita, quæ tota cursus quidam est in media verò via cursus hujus, inter DEUM scilicet & creaturam, mensam superiorem & inferiorem, advenit omnipotens sermo divinus à regalibus sedibus paterni cordis, quo scilicet dulce susurrium infert auribus dilectæ suæ divinarum inspirationum, quibus ipsam vigilem reddit, ne in ipsa caligine præ rædio dormiat, desideriiis otiosa, & amore tepida.

Tertium autem, est spes secuta, quam anima ex occultissimo susurrio paterni Verbi meretur adipiscitur: nam ut cæcus à nativitate, qui desiderio fluctat ad videndam exteriorem visibilem omnium creaturarum ornatum, quem quia numquam vidit, quidquid illi de hujusmodi dicitur, cum desiderio quidem, sed sine imaginibus & similitudinibus recipit, cum in se, quæ numquam vidit, nequaquam formare potest: sic felix anima venas suscipit divini susurri auribus quidem desideriorum suorum, sed sine imaginibus & similitudinibus, quia susurrium illud incomprehensibilem gloriam divinæ essentiae multifariis demulsiombus eidem inspirat, de qua numquam perfectam imaginem habuit, vel habere velit: quia dumtaxat nudam gloriosam divinam essentiam in se ipsa & cum se ipsa videre desiderat, quomodo & quando dilecto illam sua pietate manifestare placuerit.

Ceterum, licet in hoc statu in ea creaturæ universæ silere cogantur, ipsa tamen minime sibi ipsi silentium indicere possent, non cessando vicerotis desideriiis dulcia susurria eum dilecto invicem frequentare, eumque nunc piis argumentationibus, nunc gratiarum actionibus, nunc amorosis aspiracionibus conveniens & alloquens: quod utique susurrium licet sine verbis & imaginibus celebraretur, nec percipere quis potest, nisi ipse dilectus & dilectæ, dicente sponsa Cant. 2. Dilectus meus mihi & ego illi: nos tamen pro modico nostro balbutiendo, colloquium illud dulcissimum prosequamur quibusdam dissimilibus similitudinibus. Nam inspiratum DEI Verbum in sua nota cogitatione loquitur animæ, dicens Apocal. 1. Ego sum a & w, hoc est, principium & finis omnium creaturarum, essentiale bonum earum, ac perfecta beatitudo unicuique juxta modum & capacitatem suæ naturæ: plenitudo sum immensarum divitiarum æternarum quæ gratiæ & gloriæ, quas nec oculus vidit, nec auris audivit, quas præparavi diligentibus me, ut satientur & inebrientur ubertate domus DEI. Cui felix anima dulci susurrio desideriorum suorum respondet: O quam beati qui edunt & bibunt ad mensam tuam, Domine! quoniam te lucide cognoscunt, jucundè laudant, magnificè gratias agunt, ardentè diligunt, & te fruuntur in læticia & exultatione: ego autem hic fame erucior: Luc. 1. Projeclæ in cinere & caligine, lumen cæli non video. Sitio te clarè cognoscere, eturro te perfectè diligere, nec desiderium meum adipisci valeo. Obsecro, Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam.

Hæc sunt præcipua & altiora exercitia animæ amorosæ in via illuminativa ad Unitivam aspirantis; sunt enim quasi immediata dispositiones ad illam. Iste verò animæ languor non adeò diuturnus est, quin aliquando mirabili ac cælica fanitate contemperetur; contingit enim, ut plerique mystici docent, mira vicissitudo inter istum languorem quasi infernalem, & cælicam istam sanitatem: sanitas enim aliquando ipsum spiritum super omnia elevat in quamdam imperurbabilem libertatem, DEUM secundum totum desiderium cordis & animæ laudandi & amandi: nam cum DEUM quis in se cum multitudine divinitum ejus præsentire incipit, hanc dicitur adeprus sanitatem: hoc namque sapiens efficitur ratione illuminatus, cælestibus profusis doctrinis, charitate accensus, & demum spirituali ebrietas læticia, a-

iaque innumerabilia consequitur, quæ solâ experientia edocentur. Languor autem infernalis hominem in omnem desolationem dejicit: nam licet inter dum cœlica sanitas, dum adest, magnam homini confidentiam & spem ingerat; ea tamen absente, statim iterum animus in desperationem dejicitur, ac vix consolari potest, quasi numquam aliquid de DEO audivisset.

CAPUT VIII.

Mirabilis delectatio, quæ in hoc statu aliquando percipitur.

INTER præcipua (ut egregiè philosophatur Laurentius Justinianus in *Fascic. amor. cap. 5.*) quæ in suæ conditionis primordio omnipotens DEUS homini præstitit dona, naturaliter illam concupiscibilem fecit, quatenus suam naturali impulsu semper cuperet Conditorum, in quo concupiscibilem omnium sciret esse dulcedinem. Naturali igitur motu insuperabilem que humanum requirit cor unde delectatione pascitur; non corpore neque mente quelescit, delectationis flagrans desiderio, si quo modo delectabilia querendo, quoad usque experitur (quamvis tenuiter) quàm suavis sit Dominus, & quàm magna ipsius sit multitudo dulcedinis, quam abscondit serviliter timentibus se, perficit verò illis qui sperant in se, & diligunt se. Modica istius scintilla dulcedinis copiosum charitatis accendit ignem, cœlestique desiderio mentem fervescere facit. Tali utebatur incendio Propheta, cum diceret: *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt.* Non modico ite diligebat, quando renes etiam suos commutatos esse commemorabat; quippe qui prius carnali atque voluptuoso pascebatur amore, tunc spirituali quadam dulcedine ebrius effundebat in carne, quod præ amoris abundantia in mente continere non poterat.

Plenitudo quædem hæc ex agnitione Deitatis emanat: se minime cohibere, seque humanas capere non valet animus, cum illius obtutus spirituali innorescit DEUS. Exultat cor, lætificatur spiritus, patet castificatur & caro, atque tota divino mancipatur obsequio. Hoc Ci haec dicit sanctus insinuat coravit, dicens: *Cor meum & caro mea exultaverunt in DEUM virum.* Porò quicumque familiari DEL potitur contubernio, & puer jugiter contemplationi vacat, versiculi hujus sententiam novit; necdum verò ad ultus in spiritu, nequaquam verborum penetrat sensum, tenuiter tantum delectatione, quæ affectum tangit, potatur, & tamquam parvulus parvis nutritur perfectus autem quisque & charitate fervidus, veritatis pascitur cibo, utpote dilectus, dilatatus & capax, nihil fragmentorum quæ de ejus superfluo convivio, perire sinit: nempe ex his diem festum agit Domino; revolvit animo, quæ contemplando gustavit, & quadam suavitate circumfusum abundantia, laudis prorumpit in vocem: *DEVS, inquit cordis mei, & pars mea DEVS in æternum:* juxta enim inspicit veritatis mensuram, amoris vehementia prærogatur.

Oritur autem ex amoris dulcedine, quæ in via illuminativa aliquando gustatur, casta quædam

mentis & omnium spiritualium virtutum voluptas, quam qui experitur, divino amoris amplexu circumdatus ac circumplexus sibi videtur: quæ quidem voluptas & consolatio interna cor & animam longè copiosius afficit, quam omnis omnino terrena, etiam si in unum aliquem hominem (modò id fieri queat): tota congeratur. Enim verò in hac castissima voluptate, per sua dona DEUS in cor hominis tanta consolatione & gaudio sese immittit ac illabitur, ut cor intus redundet ac superfluat. Versatur autem magnum discrimen inter delectationes quæ in via illuminativa degustantur, ab his quæ in Purgativa percipiuntur: sunt enim non solum illis nobiliores, ac omnino celsiores, utpote quæ in spiritu magis deserta: o subiectantur; verum etiam multo securiores, quia à sensibus magis abstrahunt & elongant.

In hac sublimi illuminationis via Spiritus sanctus voluntatem non solum ad amoris ardentissimi trahit incendium, verum etiam actu melissuo, à quo dimanant rivuli cunctis affluentes deliciis, internum hominis palatum omnigena (quam quidem vel excogitare vel imaginari nemo potest) suavitate afficit: DEUS enim oculis animæ intellectuales imaginem imprimit intellectualem divinæ bonitatis & charitatis; nam & ipse charitas est secundum personarum proprietatem. In hac autem imagine sese tam divitem & uberem ostendit, ac omnium bonorum profusè non tantum in omnes generatim effluentem, quinimò affluentius multo ac copiosius in dilectam suam modo singulari gratia suâ, donisque multo, licibus profluentem, adonantem, & perfectientem sapore cœlesti ejus voluntatem, ut mens sapiat, agnoscat, & experimentum faciat quàm suavis sit & bonus Dominus.

Hic sapor quandoque ad tantum pervenire solet incrementum, ut anima gstanti ceterarum omnium creaturarum rerum suavitas maxime insipida videatur: omnem etenim animam sua jucunditate invadens adeo reddit exundantem, ut omnem affectuum capacitatem quasi aperiens & expandens, adventum divinæ liberalitatis in fluxu ad se præbeat ingressum, quasi rotam illam immensità erit digerere & deglutire conatur: atque adeo ita persistit ipsa, & undequaque circumplectitur, ac loquari se illo sapore videtur, velut jam intulisset in gaudium Domini sui. Hinc subito ejus pars superior divini Spiritus igne lustrum rapitur ad DEUM laudandum, glorificandum, & in omnibus ex ingenti charitatis affectu gratias agendum.

Quare tunc mens feliciter illustrata, in æternam illam bonitatem obtutus figit, de qua tantus deliciarum torrentis adeo copiosè erumpit, ut veraciter agnoscat quod illas incomprehensibiles delicias numquam valeat cognitione assequi, quia luce creata gaudium immentum considerat, & idcirco in sua consideratione deficit. Intra & progressus hujus divinæ suavitatis optimè prosequitur Richardus in Psal. 4. Nam contemplationem, ait, admiratio, admirationem verò sequitur exultatio: in hac autem exultatione perfunditur animus mira quadam & ingenti dulcedine, quam nullus sensus potest estimare, nullus sermo valet explicare.

Ecce intrat: sed sicut in superioribus, sic & in hac exultatione gradus attendere. Primò enim incipit sentiri illa interna suavitas, & ex illa generatur mira quadam perfrendi aviditas, aviditatem sequitur satietas

est saturitatem ebrietatis, ebrietatem securitatis, securitatem tranquillitatis. Quod enim gustata suavitatis aviditatem excutit, quis ignorat? Quanto enim quid cui dulcius sapit, tanto degustantis animum ad ejus appetitum acris accendit. Sed procul dubio, quod aviditatis comedimus, eo citius ad desideratam saturitatem pervingimus. In hunc itaque modum & suavitatem aviditas, & aviditatem saturitas subsequitur. Scimus autem, quia quique postquam ad saturitatem comedendo pervenerint, qualibet apposita vel oblat a fastidiunt. Quid igitur hujusmodi saturitatem, quam praesati sumus, quid inquam aliud esse dicemus, quam quoddam querunt libet corporatum deliciarum fastidium, & ex intimo affectu exteriorum omnium rerum quendam & spontaneum despectum?

Et post pascha. Adveram itaque interna satietatis plenitudinem anima pervenit, quando praesentis suavitatis abundantia, quasi interitus sentit, omniumque exterius apponi possunt, quoddam necessarium potius quam vulneryum fastidium incurrit. Hanc autem vera suavitatis satietatem sentire non possunt, qui exterioribus deliciis affluunt: non enim invenitur hujusmodi suavitatis in terra suaviter viventium; nec sapere potest sapor hujusmodi inter tor oblectamenta deliciarum, & tam varia condimenta ciborum. Edent (inquit Plal. 21.) pauperes, & saturabuntur. Pauperes inquit, non divites. Hanc autem satietatem (ut iam dictam est) ebrietatis sequi solet. Scimus autem omnes, quomam qui plene ebrii sunt, irrationes suas sapere nec quidem advertunt, & circumstantia pericula nec declinare, nec saltem attendere norunt. Cum igitur videamus multos quotidie inter convivia & opprobria hilarescere, inter pericula & rerum damna gaudere; quid, qui hujusmodi sunt, nisi ebrios debemus judicare? Quid tantam dixerim mentis alienationem, nisi spiritum quem quaedam ebrietatem? Prius autem est, ut fastidium variis, sed vana mundi oblectamenta. Secundum, ut despiciamus qualibet ejus adversa. Primum efficit spiritalis satietas, secundum autem spiritalis ebrietas. Satietatem ergo ebrietatis sequitur, ut eorum affectibus comprobatur. Ex hac autem ebrietate animus in tantam constantiam exercebit, tantamque fiduciam de Domini protectione assumit, ut cum apostolo audiat, & dicat: Certus sum, quia neque mors poterit nos separare a charitate, qua est in Christo IESU. Rom. 4.

CAPVT IX.

*Pericula, qua in hac spiritus desolatione
sive nimia delectatione contingere possunt.*

OPERAPRETUM erit, etiam hoc loco quaedam pericula seu impedimenta eorum, qui amoris languore, aut impatientia laborant, indicat, quae Rusbrochius, rerum spiritalium peritissimus, lib. 2. Napr. cap. 26. & duobus sequentibus annotavit. Ad eundem, inquit, modum, ubi impatienti quisquam amore corripitur, quasi in canaliculis incidit dies, divinorumque radiorum splendor superne admodum fervescit & ardet, & cor amoris valere confectum, valde intrus incenditur & inflammatur. Itaque affectionis aestu & desiderii impatientia, utique adeo accensus & fervescitibus, ut is qui hanc lenit, reddatur impatiens & inquietus, vel male contentus, perinde ut solent feminae partu laborantes, nec tamen partum valentes edere: si jam iste & cor suum a-

more vulneratum, & eum quem sic impatienter amat, continue adspicit: e velit, dolor hic jogiter augetur, idque in tantum, ut natura filius corporea haud secus exsiccetur & arefeat, quam solent arbores in calidis regionibus, atque ita praestitit & amoris vehementia moriens, ad caelos absque ullis Purgatorii penis evolet. Verum, quamvis feliciter hunc emigret, qui praestitit moritur, attamen dum potest arbor bonos ferre fructus, non est utique perdenda aut destruenda. Nonnumquam etiam DEUS tanta cum suavitate in corda amoris aestu ferventia promanat, ut in deliciis, quemadmodum pisces in aquis, velut natare videantur, atque intimum eorum fundum charitatis aestu ardeat, idque ob delicias in DEI donis natationem & impatientiam, delictosumque ipsorum aestum ac fervorem. Sed in his diu immorari, naturae corporeae delectatio est. Denique, quo quot ita impatienter amant, & sic amore zittant, omnes quidem in hoc statu languescunt, sed non omnes moriuntur, si tantum se bene gerere norint.

Est & aliud (eodem teste cap. 27.) periculum, unde commonendi sunt quibus hac eveniunt, quod maximum possit damnum afferre. Ut enim interdum sub diebus canaliculis ros quidam mellis dulcis salacis dulcedinis cadit, fructus ipsos aut commaculans, aut penitus destruens; ut plerumque autem ros iste in meridie sole splendente magnis decidit guttis, & difficili a pluvia potest internoscitur & fieri sane potest, ut lumine quodam operatione diabolica effecto quidam suis sensibus externis destituantur: idem enim lumen hominem ambit & circumplectitur, & nonnumquam variae hinc exhibentur formae & imagines, quandoque mendacia, quandoque veritas, & diversa hinc inspirationes sentiuntur. Et ista quidem a quibusdam magna cum voluptate certum: ut ac circumspiciuntur; atque interim tuellicia hinc salacis dulcedinis gutta decidunt, in quibus hujusmodi admodum sibi placent, fitque, DEO permittente, ut qui isthaec magni pendunt, ea copiose percipiant, sed ita facile contaminantur. Si enim ea quae a veritate discordant, pro veris suscipere ac rueri velint, eo quod in hunc modum revelata ipsis aut inspirata sint, nimirum erroribus implicentur, & fructus virtutum peccant. Ceterum qui antememorata ambulant in itinera, etiam si ab istiusmodi spiritu vel lumine tententur, facile ea cognoscunt, nec quidquam inde damni vel detrimenti patiuntur.

Demum, formicae exemplo amoris aestu laborantes instruit idem Auctor cap. 28. sequentibus verbis: Libet hic ad breve quoddam exemplum proponere his, qui amore aestuant, quo hunc gradum excellenter, & ita ut oportet percurrant, & ad virtutes sublimiores provehantur. Est inter animantia vermicalus quidam, formica nomine, & ea fortis ac prudens, & agere moritur, libenterque in calidis & siccis terrae locis in sodallium suorum congregatione & coetu demorat, laborat aestate, & cibum frumentumque compositat, quo hieme vescatur, idque ne compitretat vel pereat, parit, ut eo tempore, quo nulloquam quidquam alimentum reperire licet, usu illius gaudeat. Non amat nec amplectitur aliena seu devia itinera, sed unam omnes viam tenens; & quandoque etiam, si justum expectet tempus, alas accipit quibus volat. Ita videlicet agendum est impatienter amantibus, (hi enim sunt qui in hac via Ili-

mi,

minativa proficiunt; fortes enim esse debent, & Christi adventum prestolati. Prudentes quoque erga revelationes & inspirationes diabolicas, non eligenti mori, sed DEI potius augere laudem, & sibi ipsi novas semper mei et cumulare virtutes. Ad hæc in sui cordis cunctarumque virtutum collectione commorabuntur, & divinæ unitatis invitationi & exactioni obsequentur. Habitabunt etiam in ficis & calidis locis, hoc est, prævalido amoris æstu & impatiencia; & in præsentis vitæ æstare sedulam coacervandis pro æternitate virtutum fructibus operam navabunt, eosdemque fructus bipartientur; quorum pars altera erit, ut ad sublimem continenter aspirant fructivam unitatem; altera, ut quoad fieri poterit, ratione sibi ipsis moderentur & frænum imponant. Servabunt autem fructus hos virtutum ad tempus divinitus præfinitum, sicque in omnem illam perdurabunt æternitatem. Neque verò peregrina sibi parabunt itinera, neque singulares quosdam modos sectabuntur; sed amoris ambulabunt itinere, idque per omnes illius turbines & tempestates, quacumque illos deduxerit. Ita demum, si tempus opportunum sustulerint, contemplati divina, & in DEI arcana subvolare valebunt. Quare in hoc impariæntiæ statu magna opus prudentiæ est, utpote quia utendum varis considerationum & exercitiorum modis, qui parum animum remittant ad conservandas vires, & ut diu liceat virtutibus dare operam.

CAPVT X.

De supernaturali purgatione via illuminativa.

De mirabili Incipientium purgatione cap. 11.
via Purgativæ quam plurima scriptimus, quæ in multis non incongruè via Illuminativæ applicari possunt, maximè illa quæ superiorem animæ partem concernunt, de quibus ibidem ex mente D. Bonaventuræ & aliorum retulimus nonnulla. Restat jam ut aliqua de purgatione Proficientium in via illuminativa referamus.

Intellectus domini lumen non immeritò splendidis Solis radiis sæpè comparavimus: quare quemadmodum, Sole suos terribentes radios, tenebris universus orbis obducitur, ac frigore contabescit; ita divinæ illustrationis suæ radios occultante DEO, & hominem velut in tenebris deferente, jam amoris æstus ille dulcissimus & impatiencia defervescit & refrigerat, & fervens æstus veritatis in Autumni, atque opes omnes in ingentem inopiam commutantur, neque secus jam cum illo agitur, quàm cum homine erudito, sed qui postea scientiam omnem & operam perdiderit.

Duplici igitur tentationum genere solent torqueri hi, qui antea divitiis supernaturalibus abundabant: alterum partem inferiorem concernit, quasi magis materiale & corporeum; alterum, ut magis spirituale, superiorem animæ partem impugnat. De priori igitur purgationis genere prius differamus, dicturi deinde de secundo.

Tentationes carnales seu temporales, quibus in via illuminativa, Proficientes aliquando impugnantur.

§. 1.

SUAVISSIMA DEI luce in anima horizonte obscurata, sæpenumerò evenire solet ob ejusmodi jacturam naturam omnino pererrari & deserte, quandoque etiam DEI permisso homo sic desolatus, insuper terrenis spoliatur rebus, aut amicis & cognatis, & à creaturis omnibus derelinquitur, & quidquid habet sanctitatis in oblivionem abiit, ac nihil penditur, totamque viam & omnes ejus actus in pejorem partem homines interpretantur; contemnitur item & despiciuntur ab iis omnibus quibuscumque vivit; interdum quoque divitiorum generum morbis corripitur, aut tentationibus corporalibus: experitur enim non rarò, etiamsi castissimus sit, vehementissimas carnis impugnationes à demone ipso provenientes. Beata virgo Catharina Senensis mirabiles in hoc genere passa est tentationes, ut Laurentius Surius in ejus Vita scripsit. *Vbi satis Christus eam communerat, permisit à demonibus attentare, si quid possent obtinere ab illa. Nec illi desides sunt ad notendum. Et primò quidem à nebulis veneris illi suggerendū capiunt initium, immittunt turpes cogitationes castissimo pectori, adhibent illusiones & phantasmata dormientis. imò etiam corpora ex ære sumpta oculis & auribus vigilantibus ingerunt, faciuntque multa, quæ sine horrore dici non queant.*

Sanctissimus Vir Franciscus Minorum Patriarcharum, non fuit alienus (etiam suo Ordine fundato) Senens, à similibus tentationibus: nam & eas aliquando sustulit, ut S. Bonaventura in cap. 5. sue Vitæ referet. *Ad insufflationem illius, cujus halitus primum ardescere facit, graviusque sum carnis tentatio apprehenditur, quam ut persensit assuetus amator, deposita veste, chorda cepit se verberare fortissimè: Eia, inquit, frater agne, sic teater manere, sic sume flagellum. Tunica Religionis deseruit, sandæratu signaculum præfert, furari autem libidinoso non licet. Et ita innatrat, quomodo impugnatione durante sanctissimus Pater se in nivem demerserit, & septem mallas ex nive factis, uxorem, filios ac filias, secum & ancillam, ad tentationis institutionem & carnis vicioriam appellaverit.*

Sanctus quoque Benedictus, almficus Monachorum Pater, adhuc in eremo constitutus, gravissimam aceritiamque pugnam à carnis concupiscentia & illecebra divino fretus auxilio sustulit. Hujus historiam seculum sic narrat D. Gregorius 2. lib. Dialog. cap. 2. *Quandam vero die cum solus esset, tentator affuit. Nam nigra parvæque avis, quæ vulgò merula nominatur, circa ejus faciem volitare cepit, ejusque vultui importune insistere, ita ut manu capi posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset; sed signo Crucis edito recepit avem. Tanta autem carnis tentatio, avem eadem recedente secuta est, quantam vir sanctus nunquam fuerat experius. Quandam namque aliquando viderat feminam, quam malignus spiritus ante ejus mentis oculos reduxit: tantoque igne servi DEI animum inspecte illius accendit, ut dum in ejus pectore amoris flamma vim caperet, etiam penè deserere eremum voluptate vitii deliboraret. Tunc subito superna gratia respectu ad semetipsum reversus est, atque vitæ arum & verbum iuxta densa sustrescere fructa conspicens, exutus indumento, nudum*

Handwritten notes on the left margin in red ink:

The

Oper Spiritu

T

III

OVI

Handwritten notes on the right margin:

dam se

diu pro

vulner

peru ru

rem: Cl

quod i

Ne

carnis

ipie in

Palle

frigid

mortu

frigid

molte

diret,

cellul

scian

spera

erati

&c. l

H

prot

tum

cori

Ric

Don

& i

post

anf

& i

Mu

seci

rum

qua

non

nen

qui

ren

daj

aci

En dñi

tr

ve

me

bi

pi

si

fe

a

z

t

l

t

t

l

S. Beni

dicus.

dam se in illis spinarum aculeis & urticarum incen-
diis projecit, obique diu volutatus, toto ex eis corpore
vulneratus exiit, & per cutis vulnere a duxit a cor-
pore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolo-
rem. Cuiusque hene penatiter foris arderet, extinxit
quod intras illuc ardebat. Hæc S. Gregorius.

S. Hiero-
nymus.

Nec prætermittenda est dura illa impugatio
carnis, quam S. Hieronymus in eremo pertulit, ut
ipse in Epistola ad Eustochium prolixius scribit
Pallebam ora jejuniis, & per cutis vulnere a duxit a cor-
pore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolo-
rem. Cuiusque hene penatiter foris arderet, extinxit
quod intras illuc ardebat. Hæc S. Gregorius.

Hæcigitur tentationes ad majorem Sanctorum
probationem, & ad ostensionem fortitudinis suo-
rum militum, demum ad custodiam humilitatis
eorum DEUS quandoque permittit, ut præclare
Richardus in 1. p. 28. scripsit. Primum, ait, vox illa
Domini intercedens flammam ignis, in Incipientibus
& noviter conversis intercedit quidquid inclinare
posset consensum rationis: in Proficiantibus autem sæpe
aufert illuc an delectationem mentis: in raris autem
& valde perfectis removere etiam titillationem carnis.
Multi tamen, quamvis ad summam perfectionem pro-
fecerint, stimulum carnis sua extinguere non potue-
runt, sed divina hoc dispensatione in eis actum est,
quam quidem, quod unicuique utilis accidat, latere
non potest. Et in aliis quidem sebat ad demonstratio-
nem singularis eorum fortitudinis, quia tales erant,
qui semper pugnare assidue & triumphare suffice-
rent: in aliis autem, ad custodiam humilitatis, quan-
do singulare aliquod bonum præ ceteris aliis omnibus
acceperant. Hæc tamen Richardus.

Ex aliis
causis
hæc ten-
tationes
oriuntur
in inci-
pientibus,
ex aliis
in profici-
entibus
ac perfe-
ctis.

Et quod omnium gravissimum est, quampluri-
mis aliis spiritualibus (de quibus infra) sepius
vesantur. Multum autem inter se distant hujus-
modi tentationes Incipientibus vel Proficientibus
sive Perfectis contingentes: nam quæ Inci-
pientes impugnant, sæpe ex carnis perulantia &
immortificatione promanant. Quæ verò his qui
sensus habent jam exercitatos obveniunt, potius
à demonum invidia, quam à proptiæ carnis cor-
ruptione derivantur. Præterea, Incipientibus à re-
belli carnis motu inopinatè ante illam animæ o-
perationem similes pullulant tentationes: Perfe-
ctis verò, vel aliquoties purgatis, prius in imagi-
natione turpes cogitationes representantur,
quàm carnis motus insurgant; imò aliquando
ipsa silente, tentatio imaginationem totumque
hominem exagitat.

*Tentationes spirituales in via Illuminativa
contingentes exponuntur.*

§. 2.

In primis homo sic desolatus aliis etiam tenta-
tionibus durioribus interdum premitur: nam
sub hac paupertate constitutus, jam casum vereri
incipit, & quod delectus est, incredibili pulsatur
diffidentia, aliisque similibus tentationibus à dæ-
mone impugnatur.

Hanc quidem ferè intolerabilem purgatio-
nem Thaulerus Serm. 1. de Communi Martyrum,
pulchrè descripsit, eamque meritò spirituali marty-
rio comparat, dicens: Altera via ad DEUM
pervenienti, est resignationis, crucis, & afflictio-
nis. Hic (ut præfati sumus) omni homo spiritali
solatio privatur. Hinc porrò spiritualis nascitur i-
storum Martyrum fortitudo; estque hæc via ari-
ditatis & siccitatis devotionis. Quamvis autem
spirituales Martyres isti diversis abundant affli-
ctionibus, amant nihilominus DEUM suum; nec
minori veras virtutes studio & intentione quàm
præcedentes prosequuntur. Habent autem curas
& angustias multas in hac vita, aded ut sæpe ig-
norent, quo se præ hujusmodi moribus ver-
tere debeant, & pudè duntaxat fidei, spei, chari-
tati in obscura quadam caligine immittuntur. Cete-
rùm, peccato consentire penitus nolunt, quæ-
libet jam ipsi eveniant: semper namque in pectore
suo cor constitutum & humile gerunt, multumque
ex aliorum hominum gratia torquentur, non quòd
hanc illis invident, sed quòd vitio fieri credant
quòd ipsi eamdem gratiam non habent, nec satis
se pro illa obtinenda exercitarunt. Cumque ma-
jus adhuc studium & conarum adhibent, multò
adhuc intus aridiores, & lapide duriores efficiuntur,
ita ut nonnumquam vix ferant patienter, &
magis magisque animo deficiantur excrucientur:
quæ hinc jam metuere incipiunt, invidere se aliis
gratiam ipsorum, atque ita dolorem super dolo-
rem accipiunt.

His verò seu similibus aded plerumque fati-
gantur, ut quid agendum sibi sit, penitus animò
dubii sint: nolent equidem DEO in virtutibus
esse ingrati, nec tamen eas queunt apprehendere.
Videtur autem illis non posse se non offendere
DEUM, vel per impatientiam, vel per despera-
tionem, vel animi gravitatem seu mærorem. Id
verò dolent ex animo, cum odio habeant om-
nem iniquitatem, quandoquidem solum DEO
peccatum displicet, quod ipsi non ignorant, cum
DEUM offendere nolunt. Tandem, licet non
abque gravi labore & difficultate, totos se resig-
nant, & omnia sufferunt patienter, donec DEO
placeat mutare; vident enim se nihil posse am-
plius. Sic itaque docet eos DEUS resignationem
sui subjectionemque, ut videlicet ita se DEO re-
linquant, exantique in omnibus; jamque illis
prioribus gratia affluentibus sunt similes, & quo-
dam modo longè nobiliores excellentioresque,
cum hic gradus multò sit Christo conformior,
cujus omnis vita passionibus abundavit.

Marty-
res spiri-
tuales,

Isti sunt Martyres spirituales, qui pro ipsorum
judicio omnium pauperissimi, sed coram DEO
locupletissimi; sunt etiam, ut ipsi videntur, om-
nium à DEO remotissimi, sed reverè proximi
sunt: sic & omnium se credunt coram DEO ab-
jectissimos esse, cum sint electissimi; omnium de-
nique se DEO infidelissimos sentiunt, cum ta-
men fidelissimi ac strenuissimi sint ad illius pro-
movendum honorem, contemptumque præpe-
diendum, ob quæ & patiuntur hæc omnia.

Varis quoque tentationibus ob hanc spiritus
paupertatem se sentiunt impugnari, quæ licet ipsa
quoque morte gravioribus ipsos doloribus ex-
crucient, maximè quando pro ipsorum judicio
non nihil ab his superantur, omnino tamen con-
sensum præbere recusant. Vellent etiam & percu-
perent ex animo, vitia sua extirpare ac vincere, &
exercere virtutes, sed non possunt: quod ipsum, &
huic

Varis ac
mole-
stissimæ
tentatio-
nes.

huic si milia, tantos interdum dolores, curas, angustias inuis eis parit, ut sibi infernales penas pati videantur. Id vero ex ingenti cordis ipsorum erga DEUM amore & fidelitate eis accidit, tunc si id ipsi de se ignorent. Unde omnium quorum mundus habet, leceleratissimos reputant, cum tamen coram DEO purissimi sint: offendunt autem sepius DEUM, quod tantum in his internis pressuris & afflictionibus doleant, & nonnumquam vindicat hoc in eis, ut ipsos quandoque in impatientiam pluresque defectus, puro contrarios amori, labi permittat, quos utique haudquam inciderent: umquam, si in his verè essent resignati studeant namque in his plena semper pace gaudere: idque si facerent, mirum in modum supra cunctos in his proficerent homines, quo se profectu sua mœstia inordinata & immodica animi gravitate privant. Nascitur autem hic in eis mœstia & dolor, quod necdum veros illos fructus, qui hinc proveniunt, aut certè ex sui ipsorum irreligione, quod ad parandum minime sint resignati, vel quod nimium eis molestum atque diuturnum videatur, ad finem usque istas pressuras & afflictiones tolerare: sed certum habeant, nisi ad finem usque pertulerint, se ipsas prolongare multoque amplius exaggravare seu aggravare, vero quoque fructu illo private semetipsos, qui hinc propediem exortiretur, si tantum innocenter animoque voluntario se resignare possent: quod quod facerent simpliciter, tantò nobilius fructum illum mererentur, longèque excellentius illustrarentur.

Enim vero, post hanc noctem obscuram & tenebrosam lux profectò clarissima succedit (si tantum rectè se gerat homo) quæ universam illius fundum in us eterna veritate illustrabit: atque hinc non foris in oculis hominum, sed intus coram DEO certus efficietur, ad summum illum atque purissimum se posse amorem pettingere, ubi seipsum perdit homo, & abnegat ac relinquit propter DEUM cum omnibus que sua sunt, simulque unus cum DEO fit amor, quem nullus in ipso destruet, nullus umquam poterit violare, quandoquidem DELUS in illo cum omnibus electis suis quiescit, & omne hic velle & nolle propositus amittat.

Idem Thaulerus *Serm. 1. de S. Augustino* progressum hujus purgationis, & remedium ne animus illi succumbat, describit his verbis: Cumque omnem, quæ hic occurrit, molestiam & penam ad extremum usque homo pertulit atque superavit, tum Dominus quem expectavit, in repentino fulgore quodam adveniens, in eodem fulgore rapit eum, elevatque super omnia, & ibi pro diutina recreat eum expectatione sua: sed paulò post idem Dominus, ne ex eis qua hic sentit extollatur, rursus prostermit ac dejicit & deprimit eum. Et hoc est quod Ieremias ait: A facie manus tuæ solus sedebam, quoniam comminatione replevisti me. Quid est hoc, charissimi? Adverrite. Vbi quis ad hanc intumam pertingit quietem, & intra seipsum in fundum suum pervenit, comminatione & terrore replet eum Dominus, tamquam si utroque illi pugno minuetur. Et alter quidem pugnus est, quo modo utroque caligo & tenebra, & profundum ac desolatum iter, quæ illi intus occurrunt, ita ut nihil sciat, nihil habeat; & in super adhuc omne malum, vehementissima quoque tentationes superbia, luxuria, perfidia seu infidelitatis, & alia plurima ac diversa impugnationes, quæ omnia se jam pridem evasisse & superasse crederet, rursus in eum irruunt & fortiter oppugnant. Et

hinc comminatione simul & terrore repletur. Alter pugnus est, horrenda iudicia DEI, quæ illi DEVS intus proponit: quibus consideratis, non habet jam quò se collocandum censeat, præterquam in profundissimo inferni. Hi pugnus hominem mirabiliter premunt: nec aliud cunctis his comminationibus querit DEVS, nisi ut pestiferum superbia fundum evertat destruatque. Hos pugnus qui rectè contemplantur, magis in eis omnem extinguunt voluptatem & delectationem, quam cuncta queant externa exercitia, quæ multis annis peragi possent. Sic porro hominem cum Propheta ex toto ad solitudinem introverso, & ibidem manente, omni que in ipso cogitationum, formarum, & imaginum sedato impetu ac tumultu, DEVS & sanctus Angelus repenti velut in idu oculi, amorem illi operantem inspirant, & moventque illum adorandum pro certa aliqua, quam suggerant, causa, sive pro Ecclesia, sive pro rivis sive pro defunctis. Hæc autem instar fulguris ei in mentem veniunt, facitque tunc DEVS, tamquam illi oraturo consensum diceret: non est opus ut aliquid mihi dicas, scio quid velis, quid desideres. Et sic ejus desiderio satisfacit. Hæc est oratio dilectissimi, quæ in spiritu funditur, quæ veri adoratores utuntur. Interim & diabolus hic advolat, diligenter explorans si quid forte suum hic reperire possit: itaque pulsat eum, & quasdam molestias ei ingentis cogitationes, easque illi proponit. Sed hæc ille contemnat ac floccipendat, & præterfluere sinat. Ceterum nec amore nec intentione eas persecutus sit, confusus & inanis diabolus abscedere cogitur. Tales vero vexationes seu impugnationes mirabiliter hominem præparant.

Et infectus idem Auctor prosequitur, dicens: Ceterum in quibusdam regionibus homines inveniuntur, falso cuidam otio vacantes, & ab omni tam intus quam foris operatione abstinentes, bonas etiam à se excludentes cogitationes. Anim enim se pacem adeptos, nec exercere se volunt in actibus virtutum, dicentes se virtutes transcendisse. Ipsi diabolum quemdam sibi absidentem habent, prohibentemque & repellentem ab eis omnes tam cogitationes, quam modos seu instituta, quæ pacem ipsorum infringere possent, at eos in hæc falsa pace dormiat, & postea secum ad eternam abducit perturbationem, ad ipsum videlicet infernum suum. Non hanc modum justis sectantur, quin portus intus & foris sese exercent, servantque patientiam in vis omnium, per quas eos Dominus ducit, in tentationibus, in tenebris, nec sibi arrogare audent se ad pacem pertingisse. Nec tamen in perturbatione vivunt, sed arctam quamdam semitam gradiuntur, mediam inter pacem & perturbationem, spem & metum inordinatam, certitudinem & dubitationem. Et licet interdum vera illis pax & certitudo seu spiritus libertas intus resurgat, mox tamen absque inhibitione in ipsum eas rejiciunt fundum.

Hæc arcta ingressus itinera ante omnia videndum est atque curandum, ut in vestigiis Domini Salvatoris fixi & fortiter persistant: in quibus quanto fortius ac firmiter steterint, tanto puriores efficiuntur. Hic pugnus minaces remittuntur, & in benignissimas atque gratissimas manus committuntur. Denique hæc DEVS tenerime suis hic paternis adstringit brachiis, & ultra omnia longe subvehit: tum vero cuncta eis creata excidunt, & cadet eos omnium quæ non sunt purè DEVS. Tamque Dominus discitiles & obscuras eius vias & angustas semitas ostendit: per quas transierunt. Dehinc nullus eis nocere potest: simulque ab omni recreantur hic miseria & derelictione, quam patitis experti sunt. Hæc certè dilectissimi, profusè invogantur & remotissima sunt libera illi spiritibus, qui de falsa libertate gloriantur: & illis similiter qui falso

Th...
Oper...
Spir...
Te...
OTI...

Ierem:
15.6.

Quomo-
do utro-
que pu-
gno DEUS
minuetur.

Que co-
gratio-
nes dia-
bolice
etiam
prodesse
possunt.

Medium
quæ te-
nendum.

vacant
illudens
rest, et
sire con
perant
taumant

Supr
rior
dimus
native
tamet
chior
cap. 31
tionet
minei
occur
prece
nihil
& cu
illa S
mino
dictu
dica
curu
piam
ad tu
ritu
lunt.
ruali
ad 11
ferm
secu
l
nc,
ga
pre
Re
mi
D
Deum
inpen-
stata.
vi
mori
ia
quod sit
v
a
t
t
t
t
t

vacant otio, & falsum sibi arrogant pacem: nec non & illi denique, qui suis propriis institutis plus æquo inhaerent, & quæ forte quadragesima vel amplius annis vivere contenti, & magna interim extrinsecus secrete opera, interiorum passionum & vitiorum sordibus contaminata.

CAPVT XI.

Quid homini undequaque desolato agendum.

SUPERIORI libro plura illius durissimæ purgationis ægritudine laborantibus remedia tradidimus, quæ non incommodè huic etiam illuminatæ viæ purgationi possunt applicari; in interiori tamen breviter hanc admonitionem ex Rusbrochio trademus, qui lib. 2. spirituum nuptiarum, cap. 20. ita scribit: Quisquis hanc patitur desolationem & penuriam, libenter bonos inquirat homines, eisque suam aperiat & queratur miseriam, eorum, & bonorum omnium, & totius Ecclesiæ preces implore. Attendat interim humili corde, nihil se præter vitia & defectus habere ex seipso, & cum patientia & sui resignatione dicat verba illa S. Job: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. Desolat & resignet seipsum in omnibus, & dicat ex animi sententia: Domine, aquè peratus sum eorum omnium, quibus desolatum me sentio, inopiam & pauperatē perpeti, quatenus tibi placet, & ad tuum honorem & animæ meæ cedit salutem & utilitatem, quam illis abundare. Non mea, Domine, voluntas naturalis, sed tua & mea rationalis vel spiritalis sit. Omnino enim totus sum tuus, & si potest ad tuam esse laudem, tam libenter mergi velim in infernum, quam recipi in cælum. Fac mecum, Domine, secundum excellentissimæ majestatis tuæ voluntatem.

Hoc pacto ex omni tua afflictione, peccatione, & desolatione internum sibi eliciat & efficiat gaudium, totumque de DEI manibus offerens, se pro illius honore quidpiam pati posse lætetur. Reverà, si in hac parte rectè se gesserit, & ex animo ita facere valebit, nunquam poterit tam ingens gaudium internum experiri. Nihil enim DEUM ferventer amanti jucundius est, quam ut sentiat se dilecti sui proprium esse. Sin verò per vitiorum iter ad hunc usque gradum ascendit, etiam si modos omnes prædictos non sit expertus, nihil refert: nec enim id necesse est, modò ipso vitiorum fundo præditum se sentiat, quod est in agendo humilis obedientia, & in tolerando patientis resignatio; in quibus duobus, modus iste vel gradus perpetua securitate consistit.

Circa hæc anni tempora Sol Libram ingreditur, & dies ac noctes æqualibus spatiis clauduntur, Solque ipsam lucem tenebris exæquat. Ita & Christus in homine sic desolato libram æquilibrii obtinet; sive enim dulcibus eam afficiat, sive amaris; sive lucem infundat, vel opprimat tenebris; sive aliud ei quidpiam imponat, semper libram servat æqualitatem, & omnia æqualiter accipit, semper tamen peccato excepto, quod penitus oportet esse profligatum. Porro cum ita omni est consolatio desolatus, & pro suo judicio virtutum omnium expertus, & tam à DEO quam creaturis omnibus derelictus, si benè colligere & coacervare norit frumentum & vinum, generis omnis fruges suam jam adeptæ sunt maturitatem.

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

Quo significatur, quid quid corpus quovis modo perpeti potest, id totum Domino DEO sine superioris voluntatis detractione vel contradictione libenter ac ultro offerendum esse. Itemque virtutes omnes externas & internas, quæ dum amoris durat æstus & ardor, delectabiliter exercebantur, eas jam, quatenus cognosci possunt & vires suppetunt, cum labore & bona voluntate seu bono corde colendas & exercitandas, sicque DEO offerendas esse; neque ambigendum, quin nunquam majoris apud DEUM preiit, aut dignitatis, aut excellentiæ fuerint. Ad hæc, consolatione omni unquam à DEO præstita, quatenus eidem honorificum esse possit, libenter carendum est. Ita inquam frumentum, & omnigenom frugum maturarum, unde perenniter vivemus & locuples erimus coram DEO, comparatio & aggregatio est: & hoc pacto virtutes perficiuntur, & desperatio in vinum sempiternum commutatur. Ex hujus generis hominum vita & patientia instituantur & provocantur ad meliora quo: quot eos norunt, & apud ipsos commorantur, & ita virtutum eorum frumentum disseminat in bonorum omnium usum mirificè multiplicatur. (Ecce infra:) Quia hoc gradu homo à DEO, à seipso, à demone & creaturis omnibus fortiter probatur & visitatur, tentatur & impugnatur, ipsa resignationis virtus pro magna ac singulari perfectione illi rectè tribui potest.

CAPVT XII.

Quo gradu virtutes exercentur in via illuminativa.

ILLUD quod principaliter inter alia Spiritus sanctus per hanc purgationem intendit, est, inferere mentibus nostris veras & solidas virtutes humanitatis, patientiæ, obedientiæ, maximè tamen Theologicas, fidem, spem, & charitatem: hæc sunt enim preciosissima monilia & inestimabiles margaritæ, quibus animam, quam sibi in sponsam elegit, adornare solet. Et quia illi per multas tribulationes transeundum est, vult illam quoque perfectas ac heroicæ virtutes habere: & ad hunc finem, mediante Intellectus dono, illam divinitus corroborat, atque in veris solidisque virtutibus stabilis, ut sic munita fortiter adversus omnes tempestatum afflictionumque procillas, quinimò contra ipsas sævientis inferni vires stabilis & inconcussa persistat. Duo sunt autem doni Fortitudinis effectus, à quibus anima in hoc statu mirum in modum adjuvatur.

Primus est quædam fortitudo, quæ simplex dicitur, hominem ad eò potentem ac validum efficiens, ut omnia hæc inferiora devincere possit: quæ præsertim ad tria donatur. Primò, ad perficiendas operationes vitales, quibus superet peccata, omnesque tentationes, & omnia hæc inferiora contemnantur, ornamentaque virtutum conserventur. Secundò, ad fortiter pugnandum contra tentationes diaboli, carnis & mundi. Terriò, ad offerendum omnem tribulationem, afflictionem & adversitatem per veram patientiam, de qua dicit Cassiodorus super Plalterium: Patientia vincit adversa, non colluctando, sed sufferendo; non murmurando, sed gratias agendo: ipsa est quæ facies totius voluptatis abstergit: ipsa est, quæ animas DEO simplicis reddit: & tunc totus homo exterius &

Quid Spiritus S. præcipue per hanc purgationem intendat.

Varij doni fortitudinis effectus.

Primus, qui triplex est.

Aa inter.

Humilitas, & omnimoda in divinam voluntatem resignatio maximè exercenda.

Deum impensus amanti quid sit jucundus.

interius perfunditur sapore quodam mirabili, quia sicut David docet, cum ipso sum in tribulatione. Psal. 90. Homo tunc est in presentia sanctissimæ Trinitatis, à qua recipit ingentem saporem internæ suavitatis & consolationis, cujus tractus dulcedine, contemnit omne quod mundi est, liber ab omni inordinatione affectionum vel occupationum, & præ ebrietate spiritali non sentit ullam pœnam, tribulationem, aut ad veritatem.

Alter ejus effectus, qui Fortitudo duplex appellatur,

Alia nuncupatur Fortitudo duplex, quæ facit hominem superando transcendere omnem spiritali consolationem, sensibilem gratiam, & omnia dona DEI, quantumlibet magna, nobilia, & multiplicia, ita quod nullo modo quiescere consentit in aliqua spiritali consolatione, dulcedine, revelatione, aut in quocumque dono alio, sed omnia nititur pertransire, ut eum (quem solum super omnia diligit) ad votum valeat invenire. Hic fortitudinis gradus hominem mirabili modo in virtutum heroicarum exercitio stabilis ac roborat.

Has duas operationes perhanc purgationem in anima DEI operatur. In primis enim magnas illi vires communicat, ut jam non querat internos gustus, aut divinas consolationes appetat, sive extraordinarias illustrationes aut visiones, sed in sola DEI voluntate conquiescens, expurgato jam affectu, se totam ad omne quod non est DEUS viliiter avertit. Ex quo mirum est quantum in illa robur remaneat ad intrepidè resistendum omnibus vitiis, & tentationibus, quantumlibet magnis, quæ contra illam insurgere possent, paulatimque virtutum exercitiis affectata, in illis latentem incipit præhibere dulcedinem, idq; mediante Sapientiæ dono, quod mirum in ejuimodi exercitiis ingerit divini cujusdam saporis consolationem, quæ nullus nisi expertus, ut par est, explicare sufficit, de quo fusior in via Unitiva retribit sermo. Cum enim in nullo statu virtutes sint magis perfectæ, & quodammodo animæ connaturales, ita ut transeant in affectum cordis, sic quoque ut major sit in illarum exercitatione voluptas.

Potentie animæ tribus modis perficiuntur.

Qua verò ratione anima in hoc statu per virtutum exercitia in omnibus suis potentiis interioribus tenetur, docuit D. Bonaventura Tom. 2. Tract. de reformat. ment. 1. part. cap. 12. & seq. renovatio enim interioris, ut ibi docet, gradatim fit in omnibus animæ potentiis, Nam in intellectu (ut ille inquit) tres gradus; primus, Credere simpliciter, ut rustici; secundus, Penetrare intellecta: tertius, Quasi videre quæ creduntur. Primus pertinet ad habitum fidei; secundus, ad donum intellectus, tertius, ad gratiam gratis datam fidei, & ad beatitudinem quæritur; nempe, Beati mundo corde, quia ipsi DEUM videbunt. In voluntate sunt etiam tres gradus. Primus est, Resistere vitiis, qui est status continentium: secundus est, Passionibus imperare, & pace frui: tertius, DEO adherere & uniri, quando jam virtutes transeunt in affectum cordis. In memoria primus gradus est, Animam cum labore ab evagationibus reprimere: secundus est, Meditationibus sine pugna imaginationis insistere: tertius, Immobiliter in DEO stabiliri. Hæc S. Bonaventura.

Vid. Bibliothec. Theolog. nost. Dominici Tom. 7. lib. 7. sect. 3. cap. 2.

Ex his tribus gradibus harum potentiarum, qui ad earum reformationem & perfectionem spectant, secundus tam intellectus & memoriæ, quam voluntatis, in via Illuminativa, cujus est proprium liberè passionibus imperare, & pace stabili frui, ut infra sequenti cap. dicemus, exercetur. Varius est enim virtutum gradus, ut præcipui Philolopi Plotinum secuti tradiderunt, ex quibus

eisdem gradus hauserunt confirmantque & Dicitur Theologi, nempe Politicarum; Purgatoriarum, & Dicitur Purgatice animi: de quibus egregiè D. Thomas sic. Tract. 1. 2. quæst. 61. art. 5. Quos quidem convenientius possemus dividere in duo virtutum genera: nempe communium, quales sunt morales, & quorum præcipuum munus est circa passiones versari: unde Plotinus dixit, (teste divo Thoma ut supra) quod passiones Politicæ virtutes molliunt, id est, ad modum reducunt; Purgatorie autem eas veluti auferunt. Purgati verò animi ignorant serè & obliviscuntur. Hæc autem am Purgatorie quam Purgati animi virtutes divine nuncupantur: inter se autem distinguuntur secundum diversitatem motus & termini, ita scilicet, quod quædam sunt transentium, & in divinam similitudinem tendentium, & hæc vocantur virtutes Purgatorie, ita scilicet, quod Prudentia omnia mundana divinarum contemplatione despicit, omnemque animo cogitationem in sola divina dirigit; Temperantia verò relinquit, in quantum natura patitur, quæ corporis usus requirit; Fortitudinis autem est, ut anima non terreatur per excessum à corpore, & accessum ad superna; Iustitia verò est, ut tota anima consentiat ad hujus propositi viam. Quædam verò sunt virtutes jam assequentium divinam similitudinem, quæ vocantur virtutes jam Purgati animi, ita scilicet, quod Prudentia sola divina imitatur, Temperantia terrenas cupiditates nescit, Fortitudo passiones ignoret, Iustitia cum divina mente perpetuo fœdere societur, eam scilicet imitando. Quas quidem virtutes dicimus esse Beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum.

Merito igitur Purgatorie virtutes in hac via Illuminativa proficientibus conveniunt, quæ divina merito nuncupantur, utpote transentium sive tendentium in divinam similitudinem: hi enim celeri passu ad divinam tendunt unionem, ad quam proxima dispositiones Purgatorie virtutes, utpote eorum, qui à seipsis deficientes, in divinam similitudinem transformari incipiunt.

Quare in hoc statu anima feliciter à Spiritu sancto superna vi adjuca, non solum divinis hæc virtutibus ornata, sed etiam per nobilissimam illius dona (nempe Fortitudinis, Intellectus, & Sapientiæ) cœlestis illustrata in præstantissimarum Christi virtutum contemplationem assurgat, illarumque exemplar cordi suo imprimat, unde prælibata mirabili, quæ ab illis promanar, suavitatis affluentiæ, succedat ferventissima desideria tam præclaras Christi Domini virtutes imitandi, seque totam in omnibus suis actionibus in illum transformandi.

CAPVT XIII.

Documenta aliqua sive cautela servanda in via Illuminativa supernaturali.

COMMUNIS humani generis hostis videns hujusmodi animas ad tam sublimem honoris gradum evectas, & ita proximè dispositas, ut æterno Regi tamquam sponsæ sponso archissimo mutuo unionis fœdere copulentur, omni studio conatur eas ab inceptæ perfectionis semita divertere, ut scilicet à communi & Sanctorum, qui præ aliis in Ecclesia florerunt, maxime vestigiis trito tramite aberrare faciat. Et ad hunc finem errores quorundam minus sapientum, qui tamen spirituales videri volunt, suggerit, quorum persuasio-

Theologia

Oper. Spirit. II

sonit
miral
tuoni
Q
no vi
roth
per
circ
2. de
libit
C
ricu
cū
pu
sim
tis
car
m
qui
per
pu
sua
co
ni
&
ex
fi
P
P
C
G
ce
q
n
f
i
Ex quo
compla
es ali
procc
dant.

tionibus nimium credulae rudiores animae se ipsas mirabiliter perdunt, & in interitum precipites ruunt.

Quapropter hoc loco necessarium mihi omnino videtur agere de nonnullis quorundam erroribus, qui sub falsa spiritualis doctrinae specie, a peruersis hominibus, tam olim quam hac aetate (licet non tam aperte quam olim) dispersi passim circumferuntur, quos breuiter ex Rusbrochio lib. 2. de Ornat. spirituali nupt. a cap. 76. usque in finem libri collegimus.

Primus nonnullorum pernitiosissimus error describitur.

Quidam fuerunt, neque desunt hoc nostro periculo aeo, homines, toto errantes caelo, qui cum neque activam, neque contemplativam adepti sunt vitam, nihilominus se totius orbis sanctissimos arbitrantur; existimantes se altissimae quietis (de qua superius diximus) contemplationi vacare interius, quodam diabolico otio & rerum omnium denudato sedulo starent, ibique otium, quietem, & imaginibus vacuum inveniunt ac experientur nuditatem. In hoc caeco & obscuro otio putant se unum esse cum DEO, & hanc propriam suam credunt beatitudinem, cum lux divina eorum tenebris & caligine (id est, in isto otio) minime se manifestet: deest enim eis vera fides, spes, & charitas, atque ob nudum illud quod sentiunt & possident otium, cognitionis & amoris DEI expertes, atque ad virtutibus longe se distare confirmant; & ut hoc otium conservare queant, superam sanctitatem in eo constitunt, ut qui eo praediti sunt, modis omnibus suae naturae oblectantur affectibus, nec ullum sibi fixum iniiciant, ut per se ipso spiritu possint: intus in otio degere, & ad quemlibet motum foras se recipere, & corporis explere appetitus & voluptates, carni que satisfacere, ut sic celeriter ab ea absolvantur imagine, ac sine impedimento rursus in nudum sui spiritus otium revertantur: & eam ob rem absque ullo conscientiae scrupulo & accusatione vivere nituntur. Quidquid etiam mali perpetrent, negligunt, & Sacramenta omnia floccipendunt; putant enim se his nihil habere opus, ut qui omnia ista transcendunt: impletis namque ea dicunt esse necessaria.

Ex quo complures alii procedunt.

Ex hoc errore impiissimo, tamquam ex radice & fonte copioso, quamplures alii pullularunt. Primus est, quod ob eam quam experiuntur, & in se ipsis possident otiosi quietem, liberose esse putant ab omni divinae Legis observatione & mandato, utpote subleuati supra omnem Ecclesiae cultum & exercitium, ultra praecipia DEI & consilia, supra Legem & actus omnes virtutum, qui uno possint exerceri modo: siquidem persuasum sibi habent, otium hoc tantae esse praestantiae, ut nullis, quamvis praeclaris exercitiis, perturbandum sit, eoque omnes excellat virtutes. Quare omnia DEI ac Christi opera, totamque Scripturam negligunt, ac si nullum jota pro ipsis scriptum esset; existimant enim id se consecutos, cujus causa Scriptura omnis confecta est. Nihilominus quandoque aliquibus virtutum exercitiis alii se operam dare manifestant, & ad venerabile Sacramentum accedunt, atque nonnumquam de sacris loquuntur: ut Scripturas, scilicet ut hac ratione melius occultare se & simulare queant. Libentius etiam rarioribus quibusdam & minus usitatis Scripturae vocibus utuntur, quam ad suum sensum interpretantur & intorquent, quod aliis simplicibus placere possint, eosque in fallax illud quo perficiuntur otium pertrahere. Docere namque Thom. a Iesu Oper. Tom. II.

volunt alios, sed ipsi a nemine doceri; alios libenter reprehendunt, sed se nullo modo a quoquam reprehendi patiuntur, alios premunt, illos nemo: quidquid placet profundunt ac asseverant, nec tamen sibi a quoquam ferunt contradici; & cum propriae voluntati sint deditissimi, nec cuiuspiam iudicio se submittant, hoc ipsam libertatem spirituales autumant, re autem ipsa libertatem carnis sectantur, indulgent corpori quidquid liber, & tamen id naturae dignitatem & praestantiam credunt.

In alium etiam incidunt errorem, quod merè se tradant (ut ita dicam) passioni: nihil enim existimant a se activè agendam, sed tantum passivè a DEO moti, peinde ut instrumentum aliquid in seipsis otiosum, quod artificem, dum operare velit, praetolerat: quippe putant, si quid moliantur operis, DEI operationem praepedire; manent igitur ab omni virtutis actione alieni. Quare DEUM Alius patientes dici se volent, & velut instrumentum, quo DEUS, quidquid & quomodo cumque velit, agit. Affirmant absque ulla actione tantummodo posse se pari, eaque opera quae DEUS ipsis tamquam suis organis perficiat, praetiora ac meriti majoris esse, quam cuiuslibet alterius, quae ipsamet in DEI gratia peregerit. Aiunt ergo, se DEUM pati ac sustinere, nihil se ipsos agere, sed actus suos omnes DEUM operari.

Deinde, quemadmodum alii, sic etiam ipsi nullum se peccatum committere posse asseverant, eoque DEUS in ipsis agit omnia, ipsi verò plane otiosi sint: & quidquid DEUS velit, id per ipsos fieri, nihil praeterea. Homines isti, omni intus actione postposita, otio sese dedunt, & omnis electionis vel optionis vivunt expertes; simplicem ac resignatum praefereunt vivendi modum, & moderatè ac aequabiliter ferre norunt quidquid eis accidat; putant enim DEI se instrumenta esse, quibus is pro suo arbitrio utatur: & multis modis ac actionibus bonorum hominum mores referunt & emulantur; in quibusdam tamen eis contrariantur. Ad quaecumque enim interius incitantur, sive ea virtuti sunt consona, sive non, ea putant a Spiritu proficisci. Sed in hoc alitque id genus toto caelo aberrant: certum quippe est, Spiritum sanctum neque velle, neque consilium, neque operari in quovis homine quidquam a Christi & sanctae Ecclesiae Catholicae institutis alienum.

Difficile tamen est, ut verum fatear, tales agnosci, nisi ab illuminato homine, & spirituum ac divinae veritatis discretionem pollente. Quidam enim ex eis acuti & subtiles admodum sunt, & ea, quibus virtuti adversantur, probe fugare & velamina quaedam eis praeterexerunt, propriae que voluntati dediti sunt, adeoque pertinaciter se caeci as ipsos possident, ut prius mortem oppetere velint, ac pro quam ab unico semel concepto articulo discedant: omnium enim, quos praesens habeat vita sanctissimos, maximeque illuminatos se autumant; idque adeo, ut nec laudes nec gratias agere DEO, neque agnoscere, neque velle, neque appetere, neque precari velint: arbitrantur enim se jam id omne obtinuisse, quod vel petere vel optare queant; atque ita pauperes spiritu se jam existimant, utpote qui voluntatis expertes sint, & omnibus valefecerint, atque absque delectatione ulla vel optione vivant; putant (inquam) plane se expeditos esse, & omnia transcendisse, & ea quorum causa omnis Ecclesiae cultus institutus est jam obtinuisse, atque, ut ipsi aiunt, nemo proflus,

Miranda

imò ne quidem ipse DEUS quidquam iis vel conferre vel auferre possit. Etenim pro suo arbitrio exercitia, cultum, & virtutes omnes transcendunt, & ad merum quoddam otium pertigerunt, ubi à cunctis virtutibus sint absoluti. Et hoc quidem, prout ut ita quispiam in otio à virtutibus absolvaunt, majorem aiunt requiri operam ac studium, quam ad ipsas virtutes obtinendas. Quare libertatem appetentes, nulli parere volunt, neque Pontifici, neque Episcopis, neque Pastoribus aut Prælati; & quam vis extrinsecus fictam ac simulatam ferant obedientiam, nulli tamen intrinsecus subijci volunt. Quidquid enim sanctum agit Ecclesia vel observat, ab eo se solos immunes ac exemptos volunt.

Alii ex præcedenti prodeunt perverti errores.

Alter quoque error ex priori dimanat: existimant enim ejusmodi homines, donec quispiam virtutibus acquirendis dat operam, & in omnibus exequi divinam studet voluntatem, eum necdum perfectum esse, & quòd in comparandis virtutibus occupatus sit; & ob eam causam non possit isto ipso cum otio frui.

Alium etiam incurrit: er. orem: quia supra omnes & Angelorum & Sanctorum choros altiores se putant esse, ideoque nihil ultra mereri, nullum unquam amplius in virtutibus progressum facere, sed neque peccatum deinceps ullum admittete posse, quippe qui voluntatis expertes sint, & spiritum suum DEO tradiderint in quiete & otio, adeoque unum cum DEO effecti sint, ut in seipsis penitus in nihilum redierint. Hinc jam quidquid corpori libet, etiam plane licere sibi affirmant; utpote qui ad statum innocentie redacti, nullam sibi habeant positam ac præscriptam legem.

Pura possunt contra hos errores argumenta opponi, nisi laudis alibi in *speculari Libro* de his & aliis Pseudo-Mysticorum erroribus esse mus dicturi; monitis interim esse volo omnes, otium quod isti colunt, non nisi meam quamdam imposturam censeri debere. Hoc enim velamine improbitate atque pervertitatem omnem non solum facere, sed etiam cunctis virtutibus longe antefere, & in sublimiori loco statuere solentur; atque, quod omnium deterius est, ita sublimitate quadam prætere se student ac passare, ut optimum videatur. Dabunt igitur non est, homines hujusmodi fallacios ac deceptores esse: si quidem vitam vivunt DEO contrariam, Scripturæque, justitiæ, ac Sanctis omnibus repugnantem: neque enim otiosus esse potest amor, aut DEO sine virtutum exercitiis, & exacta præceptorum, sacre Scripturæ & Ecclesiæ observatione, placere quicquam potest: quare sufficienti pro nunc hujusmodi errores detexisse, à quibus summopere cavere debent, qui viæ Illuminativæ super naturali vacant; nam nisi advertant studiosè, in hos & similes, maxime si superbia aliqua ducantur, facile impingent.

Triplex Verum, ne quis in hac Viâ à falsa libertate, à lumine naturæ, aut ab aliis pseudopropheta seductatur, præcipue hæc tria exercitia præ oculis habere curabit. Primum, Quòd multum serio veram omnium peccatorum cognitionem cum debita contritione ac integra omnium peccatorum confessione à DEO postulabit; & in hac voluntate sine cessatione persistet, quòd videlicet libenter juxta Catholicæ Ecclesiæ constitutionem satisfacere pro peccatis suis, omnemque peccandi occasionem pro vitibus evitare velit: in hac inquam voluntate & desiderio continuè perseverabit. DEUS autem, mediante gratia sua, per ipsam o-

pera perficiet, sicque homo prava peccandi libertate solutus purius incedit.

Secundum est, Quòd proximi sui æque ac propriam salutem exoptabit, eique tam corporaliter quam spiritaliter propter DEUM, ut ei videlicet placere studeat, succurret pro viribus, opem ac auxilium impendat, & ipsum DEUM tam pro inimicis quam amicis suis, iisque pro quibus DEUS rogari vult, fidelius deprecabitur. Hæc autem ratio efficacissima est, proximum ut se ipsum diligendi, & sic à naturali suo lumine nullatenus decipietur.

Tertium est, Quòd tota mentis intentione amabilem Christi Salvatoris vitam ac conversationem intus forisque imitari desiderabit. Tum denique celestem illum rogabit Patrem, ut se ad eò perfecte secum unire dignetur, ut intra se nihil invenerit vel agnoscere possit, nisi IESUM, & hunc crucifixum, qui suæ sanctissimæ vitæ ac sacratissimæ passionis meritis ad divinam Patris gloriam evehat: non enim alia ad vitam patet via, nisi per Filium, ipso restante: *Ego sum via: per me si quis intraverit, salvabitur.* Hic nullus, seu dopi opheta insidiatur, nulla falsa occurrit libertas, nullum lumen naturale nocere potest.

CAPVT XIV.

Exclamationes & suspiria anime, ad DEI amoris am unionem anhelantis.

PRO coronide viæ Illuminativæ, operæ præmium putavit D. Laurentius Justiniano lib. de *Inced. divin. amor. cap. II.* æt iam em vocitæ: *non nem vulneratæ iac ianguentis cordis, quæ anhelans sponso copulati, dulci exhortatione se ipsum provocat ad ejus unionem suscipiendam, hic interere. In enim ubi supra ita scribit: Quem admodum desiderat cervinus ad fontes aquarum, ita laudare te cupit anima mea, DEVS meus & Redemptor meus, sanctus & gloriosus IESVS, fons & essentialis origo omnium bonorum, visibilium & invisibilium. Tribue mihi, Domine, ut laudet te cor, lingua, & omnia ossa mea. Dilata, ô mellisifera amor mentem meam, & ut ille intuitum cordis mei, ut vel rapida cogitatione spiritus meus attingat te, æternam sapientiam, super omnia manentem, & suaviter omnia disponentem.*

Dissolve, dissolve, pie Domine, me à vinculis, quibus contractus teneor, ut relinquens omnia ista, sistimem ad te. En stat ad ostium, pulsus & obsecrat ut ei aperiat. Iube ergo tu, ô amator hominum, pulsanti aperi mihi, ut liberis gressibus & flagranti corde laudet te, requiescat in te, & reficiatur de te: tu enim es panis vita, tu lumen claritatu æterna, tu latitæ celestis Ierusalem, tu decus & honor omnium diligentium te, tu splendor mentium, tu & vita animarum te laudantium, & virtus cordium, atque medullarum te quærentium.

Ne tardes aperire, Domine: ecce ad te conversum est cor meum. Da, Domine, lapsu manum, collige errantem, & amantem exaudi. Quæso, pißimo, vocantem te ne deseras, qui prorsquam vocarem te, quæssi me, ut ego filius ancille tue te quærerem, querendo invenirem & amarem. Quæsi & inveni, Domine: possidere te cupio, & in secreto cubiculi cordis mei tecum commorari desidero. Da ergo te mihi, DEVS meus, & redde te mihi. Tuo enim amore ardeo, tuæ dulci memoria delector. Et quævis indignum sit, Domine, ut in me omnium servorum minimo requies-

scire debeas; scis tamen, o salus vita mea, quiddam nihil prater te satiare me potest: omnia desipiunt mihi prater te, in quo posui desiderium & amorem meum. Ne, quasi, derelinquas me, ne peream, & irideant me inimici mei.

Mitte, Domine, manum tuam de alto; & reponere me iuxta te, & non erit, qui exterreat. Sopitus enim cunctis, qua me premunt, in pace tua quiescam. Ibi enim auditus, visus, ceterique sensus abundabunt deliciis omnibus. Praecipue vero, o laus mea excelsa, & dulcis mi Domine, accende tu cor meum igne tuo sancto, charitate tua, jucunditate tua, suavitate tua, qua casta & manda est, ut te diligam dulcissimum & pulcherrimum sponsum, cum omni virtute & intentione, cum reverentia & tremore, habens te in lingua, in corde meo, te pra oculis semper & ubique, ita ut in me nullus adulterinis amoribus pateat locus.

Et intra: O serenissime, o pulcherrime, o lumen verum, totum caelum & mundum illuminans, illumina me ut intelligam te, ut diligam te, ut fruatur te amore beato & sempiterno. amandus enim es tu, Domine DEVS meus, amandus es propter te ipsum, & amplius quisque debet te diligere quam seipsum. Diligentius es, o fons amoris, & totius suavitatis fons; sed nullus potest amare, nisi prius a te ametur: ama ergo me, DEVS meus, ut amem te. Nisi dilexeris me, non te amabo; nec te plene potero amare, nisi habuero cor mundum, & pace resertum. Per ipsum enim, DEVM pacis esse gustabo. Da ergo mihi, o amantissime Domine, cor mundum & pacificum, ut te possim laudare dum vivam. Prepara mihi, o Rex universa terra, hospitium cordis ad suscipiendum te. Da mihi cor serenum, mansuetum, & honestum, ut jucunde descendas ad me, o serena lux, mansuetas veritas, & honesta & caritas.

Et post paucos: Loquere ergo, Domine, quia ardet charitate servus tuus, praesolatatur anxie adventum tuum, ut dissolvat vinculum peregrinationis suae. Excitabo de cetero cor meum in excubiis tuis, Domine, ut cum veneris ad illud, confestim aperiat tibi. Eia nunc, o cor meum, o meus collega, prepara te festivo, & occurre in occursum sponsi tui venturis ad te: secum enim habet thesauros incomparabiles, quos tibi daturus est, si in eius amore reperiet te accensum. Surge, inquam, amore beato, surge, consurge festivo animo, & letanter in occursum Regis aeterni. Ecce, praesto est, jam praesentibus manet circumspiciens, quis, qualiter, & qua alacritate ei occurrat. Propera, rumpe moras, o cor meum, eumque suscipe in hospitio tuo ad osculum pacis, in amplexibus charitatu. Eia, rumpe tarditatem, accede ad ipsum in splendoribus Sanctorum, cum virtutibus colorum comitatus, in simplici & jucunda facie, in canticis pii amoris, in miribus exultationis suscipe illum: talibus enim delectatur obsequiis, illucque quam prope declinat. In thalamo secreto, in secreto mentis, in interiori cubili deduc ipsum, ut in ipso reclinet in meridie. Adest enim DEVS tuus, adest nova festivitas, adest delicia: adest gaudium, adest iubilus: suris praesolabuntur ministri Angelici, venerantes cubiculum Regis & sponsae. Vide ergo, o cor meum, ne sine te discedat sponsus, ne donaria sua auferat; revolve ad pedes eius, amplectere vestigia sponsi; dic ei cum vehementia charitatis: Tenuite, dilecti mi, nec dimittam te, donec ostendas mihi gloriam tuam ubi pacis, & cubas in meridie.

